

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagratia <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

Isagoge ad svmmvlam selectarvm qvaestionvm regvlarivm

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](#)



ISAGOGE

AD SVMMVLAM SELECTA-
RVM QVAESTIONVM REGV-
LARIV M.

Fratres Min. specialiter S.R. Ecclesie sunt
subiecti.



Voniam voluntas actio-
num humanarum domi-
na, ut legitimè suo fun-
gatur munere, necessum
habet à præludente sibi
ratione rectam operandi
iam demonstrati, cùmque ipsum in fine,
ecessarium hunc ducem, quām fieri potest,
b errorum ambiguitatis, & incertitudinis
nebris immunem in pētra veritatis, ac so-
da principiorum operabilium notitia prius
abiliti, ne vel cæcus cæcum ducendo in
oueam ambo cädant, vel dubiâ luce quid
gant, aut quo se vertant, planè ignorent;
pparet exinde hoc in præsenti tractatu an-
: omnia requiri, vt prævia quadam manu-
uctione declaretur atque ipse intellectus
robè instruatur, quæ sit Apostolicarū Con-
stitutionum Conditio & vigor, quandoquic-
em finis ac scopus huius potissimus, ac ferè
nicus est in memoriam Capucino reducere,

A 2

que

Isagoge

qui ad illas vitam instituere, & Ecclesiastico-
rum munerum functiones conformiter suz
Religionis legibus & consuetudinibus ad
honorem Dei & salutem animarum, exequi
valeat. Res vtique non solū proficua, sed
Minoritanae Professionis Sectatori per quam
necessaria, ob singularem erga Christi D.
Vicarium Subiectionem. Et si enim (ut scri-
bit Seraph. D. S. Bonau. in c. 1. Reg.) totus
Clerus & Religiosorum vniuersitas tenetur fr-
mitier Apostolico Domino (cuius auctoritate
omnis Religiosorum Ordinū vigor & fir-
mitas vnicē subsistit, c. fin. De Relig. dom. E.
cod. tit. c. 5. in 6. ac Ioann. 22. in Extrau. San-
cta Romana.) obediens: tamen Sanctus (Fran-
ciscus) huic debito votum adyicit speciale, sciu-
voto superuenire & fortificari Ordinis vinculum
& meritum geminare. Textus Regulæ ex ipso
verborum sono clarus est, quo & Seraphi-
cus Patriarcha expresse promittit obedientia
& reuerentiam D. Papa Honorio & successor-
bus eius canonice intranibus & Ecclesia Ro-
manæ: Et fratres aliij similiter ipsi P. Franci-
& eius successoribus obediens tenentur. Quibus
verbis (ut benè Hugo de Dina in commu-
nicatione illius loci) perfectus Euangelijs obser-
tor S. Franciscus, Petro Apostolo in successo
suo, c uiā Christo Ecclesia est commissa, se suo
inse, sp eciali obedientia ac reuerentia promi-

I.
*Fratres
Minores
S. R. Ec-
clesia spe-
cialiter
sunt sub-
iecti.*

ecclieal. one subiecit. Vnde & summo Pontifici (subin-
formier fett mox ibid. Sanctaque Romanae Ecclesie
studinibꝫ sunt fratres specialiter tam ex singulari hac spō-
arum, et sione, quam etiam ex speciali eius ad ipsos cura
proficiu & defensione adstricte. Præsertim cum ordo per
torigen ipsam velut in eius sinu, formæ, roboris & incre-
menti suscepit incrementum, ut quasi propri-
us Ecclesie filius dici posset. Hæc ille. Extant
huius paternæ sollicitudinis & curæ circa
Franciscanam familiam in Iure communi
(vt alia quamplura prætermittam) testi-
monia valde insignia e. In ys 30. de Priuil.
Clement Dudum, 2. de sepulturis. Extrau. com.
vnica. De iudicij. Extrau. com. super Cathe-
drā. 2. de sepult. Extrau. com. 1. de Priuil. c.
Quia ex eo. 3. de pacis. in 6. c. Ex ys 3. de verb.
signif. in 6. Clem. 1. eod. tit. Extrau. Ioan. 22.
1. de verb. signif. Extrau. eiusd. Quia nonnun-
quam. Et ad Conditorem. 3. & vlt. eod. tit.
Quibus Christiani Gregis Pater vniuersa-
lis cura & sollicitudine speciali Franciscanæ
Religioni consulens, Minoritanam Regu-
lam illustrat, corra æmulos defendit, eiulq;
Professores excellentibus priuilegijs & præ-
rogatiuis exornat, vt si Minorita obligati-
onem aliam ad Apostolicam illam sublimi-
atem non haberet, tanquam filius non de-
gener vocem amantissimi Patris audire, il-
iusque voluntatem studiosissime adimple-

Isagoge

redebeat. Tantum igitur cum Capucinus habeat ad Papam subiectionem, & ad eius mandata obligationis vinculum, manifeste profecto consequitur non parvam eidem incumbere necessitatem non ignorandi Constitutiones Apostolicas earumque quantum suæ vocationis institutum & munerum iunctorum administrationem concernunt, vim & obligandi valorem; De his ergo cum speciatim præsens Summula ex proposito tractet, ad generalem earund. notitiam Isagogen præmittere consultū duxi, quam ut ab ouo aggrediar; sic

§. I. Quid & quotuplex sit
Constitutio?

2. Constitutio quid sit. 3. Quotuplex
4. Constitutio Ecclesiastica.

II.
Constitu-
tio quid
sit

Constitutio propriè significat legem super-
sumptuam Principis; quidquid ex Isidore
Gratianus c. Constitutio. d. 2. ad solum re-
stringat Imperatorem seu Regem dicentur
Constitutio vel Edictum est. quod Rex vel Im-
perator constituit, vel edicit. Sylu. V. Lex. n. 1.
Quatuor ponit nomina generalia ex diversis
sumpta, idem tamen significantia, scilicet
Lex, eo quod liget, vel legatur. Ius, maxim

in scriptis redactum, eo quod per hoc iustum
e cognoscatur & reddatur. Statutum, eo quod
firmetur deliberatione, quasi in statu, id est in
gradu immobili statum & posicium. Et Constitu-
tio, quasi simul statutio, eo quod ad eam multi,
id est populus, conueniant.

Constitutiones diuidit Lancellot. *Instit.*
lib. 1. *tit.* 2. in Civiles & Ecclesiasti-
cas. Civiles sunt, quas Princeps, aut Magi-
stratus, aut populi sibi meti ipsi sanciunt.

Constitutio Ecclesiastica varijs nuncupatur
nominibus, Decretum, Decretalis Epistola,
Dogma, Mandatum, Interdictum, Sanctio,
Canon &c. Decretalis tamen Epistola propriè

est ea constitutio, quam Papa edidit cum
Consilio Cardinalium, vel sine illo ad alicu-
ius consultationem; Decretum, quando ad
nullius consultationem. Dogma dicitur, quia
consistit in doctrina Fidei Christianæ, sicuti
mandatum in doctrina de moribus. Interdi-
ctum, quando nulla adjicetur pœna. Sanctio,
quando pœna additur. Canon, vocabulum
græcum, latine Regula nuncupatur, regula
autem dicta est, eo quod regule ducit, nec
aliquando aliorum trahit. Alij dixerunt re-
gulam dictam, vel quod regat, vel quod
normam bene viuendi præbeat, vel quod
distortum prauumq; corrigat. c. Canon. Ee
c. Regula. d. 3. Et quamuis Canon propriè di-

III.
Quatuor-
plex.

IV.
Constitutio
Ecclesiastica.

A 4 catur

catur id, quod statuitur in vniuersali Concilio, largo tamen modo continet etiam alias Constitutiones Ecclesiasticas, quām concilij generalis, vt tradit Barbos. *in c. Canon. d. 3.* hinc Ius Canonicum.

§. 2. De Iure Canonico.

5. *Ius Canonicum describitur.*

6. *Componitur ex Decretis Pontificum, vel Conciliorum.*

V.
Ius Canonicum describitur.

VI.
Componit ex Decretis Pontificum, vel Conciliorum.

Ius Canonicum describit Barbos. mox al-
legato l. quod sit Regula, qua homines ab
Ecclesiasticis Prelatis ad recte riendum ad spi-
rituale bonum diriguntur. Componitur au-
tem ex Decretis Pontificum vel Conciliorum,
factis ad normam Iuris diuini & naturalis,
ex S. Pagina SS. Patrum documentis, nec
non & sacerdotalium Principum constituti-
onibus seu legibus. Decreta Pontificum us-
que ad Innocentium X. inclusiuē, magno
labore ac diligentia collegit Laertius Che-
ribinus, & in vnum quasi corpus coniecit
sub Bullarij Romani nomine. Statuta Con-
ciliorum alia sunt generalia, seu vniuersalia,
quaē SS. Patres ex vniuerso orbe in vnum
conuenientes, iuxta fidem Euangelicam &
Apostolicam condiderunt; alia Provincialia,

quaē

que sunt in Conciliis, quæ propter Ecclesiasticas causas per singulas Prouincias, concuocante Metropolitano Episcopo omnes Prouinciales Episcopos, & Cathedralium Ecclesiarum Capitula, celebrari placuit; alia demum Episcopalia seu *Synodalia*, quæ sunt in Synodis, quas Episcopus cum suæ Diæcesis Abbatibus, Presbyteris & Clericis celebrat. Inter cætera Concilia sunt quatuor, quæ totam principaliter Christianam fidem amplectuntur, & S. Gregorius Papa velut quatuor SS. Euangelia suscipit & veneratur, *Nicanum contra Arrium*; *Constantinopolitanum*, contra *Macedonium*; *Ephesinū*, contra *Nestorium*; *Chalcedonense*, contra *Eutychem*, hæc vna cū alijs generalibus 18. numerum non excedunt, quorum acta cum quamplurimis Prouincialibus & Synodalibus in plura volumina congeserunt Binius & Sirmondus, in exiguum *Summam* redigunt Carranza; copiosè magis & accuratè noster P. Coriolanus solerter, & methodicè P. *Gregorius Auenionensis*, Decreta Pontificia simul & conciliaria compendio continent *Codex* seu liber, qui *Corpus Iuris Canonici* nuncupatur.

§. 3. De Corpore Iuris Canonici.

7. Corpus Iuris Canonici tribus tomis cōstat;
8. Materia de qua in quolibet tomo tractatur.

VII.
Corpus Iuris Canonici, cuius hodie in
Corpus Iuris Canonici
consentaneo
tres
bus tomis
constat.

scholis & in foro usus est, constat tribus tomis. Primus tomus, qui Decretum inscribitur, continet Ius canonicum collectum à Gratiano Monacho Benedictino ex scriptis Pontificum, Conciliorum, Patrum & interdum ex iure ciuili, vbi citantur etiam Decreta contraria & conciliantur, ex quo aliquando Concordia discordantium Canonum nuncupatur. Hoc opus in tres primarias partes est distributum. In prima proceditur per distinctiones & Canones & ita citatur per Dist. & Can. apponendo prima Canonis verba. v. g. accedens. dist. 50. hoc est, capitulo seu canone, qui incipit à verbo accedens. Distinctione 50. Secunda procedit per materias sive causas, questio- nes & canones, per quas etiam inscriptio- nes citantur, vt, absit. II. q. 3. id est, canone, cuius initium est, Absit. causa vndeclima, questione tertia. Causæ trigesimæ tertia, quod ibi fiat mentio de contritione cordis, interseritur

interseritur doctrina de Pœnitentia, quæ particula procedit per distinctiones & canones, citaturque hoc modo: Adam de Pœnit. d. i. hoc est, Canone cuius primum vocabulum est, Adam De Pœnitentia. Distinctione. 1. Tertia inscribitur de consecratione, quod in ea potissimum continentur Canones ad Sacra menta pertinentes. Canones qui in hoc tomo habentur, tantæ sunt auctoritatis, quantum meretur Author, vnde eorum Doctrina sumitur, quare cum citantur, videndum erit cuiusnam sint, an Pontificis, an Concilij, an deniq; alicius sacri vel authentici Authoris.

Secundus tomus, continet Pontificum determinationes, quæ decretales inscribuntur, quod ex Epistolis Decretalibus cura Gregorij P. 9, collectum fuerit, Procedit per libros, titulos, capita & interdum per paragraphos, citatur communiter exprimendo solum titulum & initium Capitis, v. g. à Crapula. De vita & honest. Cler. hoc est, capitulo, à crapula. titulo, De vita & honestate Clericorum. Additur interdum etiam liber, vt c. à crapula. lib. 3. tit. 1. de vita & honest. Cler. Interdum vocula insuper, Extra. quo denotatur illud habetur extra Decretum Gratiani.

Tertius tomus continet Constitutiones à Bonifacio

Bonifacio P. S. collectas, Clementinas, & Extraugantes Ioannis 22. quibus accessere quædam extraugantes communes, id est, aliorum summorum Pontificum. In prima ergo huius tomī parte, quæ liber sextus appellatur, quod addita fuerit quinque libris Decretalium, totidem libris comprehensa, continentur eadem ferè materia, quæ in illis pertitulos & capitula digestæ, & eodem modo citantur, sed distinctionis causa additur. In sexto, vel libro sexto v.c. Beneficium. De Regularib. 6. Id est capitulo, Beneficium. tit. De Regularibus in lib. sexto. In secunda parte continentur Clementinæ, sic dictæ à Clemente 5. qui eas ordinavit in libros, titulos & capitula, citantur quæ eodem modo ut præcedentes, additotamen vocabulo Clement. In tertia. Extraugantes, quæ cum extra Ius vagarentur collectæ fuerunt à Ioanne 22. quæ integræ habentur sub quibusdam titulis, & capitulis & sub eodem nomine citantur, sic, Extrau. ad onus, De Elect. & Electi potest: Hoc est, In Extraugante, quæ incipit: ad onus, titulo, de Electione & Electi potestate. Denique in eodem tomo, accesserunt Extraugantes communes, eodem modo digestæ & sub eadem appellatione citantur, ut Extrau. comm. Diuinis. De

Poenis,

Pœnisi: Id est, Extraugante communi, cuius initium: Diuinis, titulo, de Pœnis. Septimus librum Decretalium ex Constitutionibus Pontificijs necdum corpori Iuris insertis confecit & in quinque libros distributas separatim edidit D. Petrus Matthæi I. C. Lugdunensis, easdem vna cum Canonibus & Dceretis S. Conc. Trid. iuxta ordinem titulorum Decretalium collegit, & titulo sexti Extraugantij communium & ad finem Summæ Bullarij publicauit Stephanus Quaranta.

Ad rem ipsam seu materiam, quæ in corpore Iuris Canonici traditur, quod attinet, in 1. parte Decreti, quæ Distinctiones 101. continent, agit Gratianus viginti prioribus de Iuris Ecclesiastici elementis, principijs, fontibus atque dignitate. Inde usque ad 93. de Cleri seu Personatum Ecclesiasticarum origine, institutione, ac forma instituendi, vita, moribus atq; officijs & inde usque ad finem Ultimæ Dist. de Principatu Pontificis & uniuersa Iurisdictionis Ecclesiasticæ seu Pontificia præstantia, præ omni alia tam Ecclesiastica, quam sacerdotali. In 2. parte, per causas 36. (quibus ut supra dictū interseruntur distinctiones 7. De Pœnitentia) tractat de generibus causarum seu Iudiciorum sub Ecclesiasticam Iurisdictionem

VIII.
Materiæ
de qua
tractatur
in quolet
bet somo.

nem cadentium. In 3. denique parte per quinque distinctiones agit de Consecratio-
ne Ecclesiarum & Missarum celebratione,
de Venerabili Sacramento Eucharistiae, de
festiuitatibus per annum celebrandis, Sa-
cramento Baptismi, & Confirmationis ato-
que Ieiunio.

Argumentum quinque librorum Decre-
taliū, nec non & reliquarum partium, li-
bri sexti, Clement. & Extraug. quibus ea-
dem materia totidem libris, (excepto
quod liber quartus, in Extraugantibus, ut
dicitur, vacat) pertractatur, continent seq-
quens versiculus:

Iudex, Iudicium, Clerus, sponsalia,
crimen,

Hæc tibi designant, quid quæque Volu-
mina signant.

Vocabulum 1. Iudex, indicat materiam
libri 1. qui posito primum Vniuersi Iuris
Christiani, præsertim Ecclesiastici seu Pon-
tificij, fundamento, quod est ipse Deus
vnum & trinus, ac explicatis Iutis princi-
pijs & partibus, tractat de personis Eccle-
siasticis, sive SS. Canonum Ministris, eo-
rumque assumptione ad dignitates, quando
tales creandi & ordinandi sint, deque eo-
rum officijs & potestate Iudicandi.

Iudicium, denotat libro 2. agi de Iudi-
cijs

etis ac de requisitis in Iudicio seu modo
& ratione procedendi Iudicialiter.

Clerus, Materiam libri 3, quæ est de vita
& honestate Clericorum, rebūsque eorum,
ac de rebus Ecclesiistarum.

Sponsalia, librum 4. tractare de spon-
salibus & Matrimonijs atque de cæteris his
annexis.

Crimen denique significat contentum li-
bri 5. & yltimi, quod est de accusationibus,
de criminibus ac pœnis pro ipsis infligen-
dis. In fine Decretalium adduntur duo ti-
tuli generales de verborum significatione
& Regulis Iuris, quibus pleraque prius in
Iure constituta summatim explicantur. De-
clarationes istas exprimunt sequentes ver-
sificuli:

Pars prior officia creat, Ecclesiæq[ue] Mi-
nistros.

Altera dat testes & cætera Iudiciorum.

Tertia de rebus & vita Presbyterorum.
Nubendi formam dat sponsis quarta de-
centem.

Vltima de Vitijs & pœnis tractat eorum.
Contenta Iuris Canonici compendio
tradunt Institutiones Lancelloti,
Henrici Canisij, Antonij Cuchij,
Andreas Vallens &c.

§. 4. De Constitutionibus circa Regulares editis.

12. Constitutiones circa Regulares edita vbi
contineantur.

Intra vel extra Corpus Iuris. PRæmemoratis SS. Pontificium Constitutionibus, cum omni hominum statui cuiuscunque gradus ac dignitatis extiterint, norma recte viuendi & iniunctis legitime fungendi muneribus præscribatur; quæ Regulares propriè contingunt, potissima huius libri materia, in multiplici sunt differentia, quædam enim continentur in Corpore Iuris Canonici & in Conc. Trid. quæ vniuersos Religiosos obligant; aliae autem sunt in eodem specialiter statutæ pro Religione particulari, quæ nimurum continentur in Libro Decretalium, in Clementinis & Extraugantibus. Aliæ autem sunt, quæ extra Ius commune vagantur. Hæ verò partim continentur in libro, Monumenta ordinis, nuncupato, partim in summa Constitutionum Papalium, & Bullario magnō Laertij; aliae verò habentur in proprijs motibus & Constitutionibus, quæ in nullo speciali volumine reperiuntur, nisi quantum Authores priuati recentioris ætatis in vnum colle-

collegerunt, ut Rodriq. in Bullario Priuil.
Peyt. easd. scholijs elucidans &c. Quæ præ-
cipue nunc temporis iuculantur Religio-
nis, peculiari nuper libello impressa in lu-
cem venerunt Romæ, & Mediolani, quibus
complurā quoque interserantur S. Congre-
gationis Emm. DD. Cardinalium Decreta,
in Conguorum sicut & aliorum rescriptorum, quæ
communiter Litteræ Apostolicæ nuncupari
olent, notitiam cum Religiosos latere non
leceat, non nihil etiam consequenter dicen-
tum est.

§. 5. De Litteris Aposto- licis,

Litteræ Apostolicæ quid sint.

*Litteræ Apostolicæ sunt aut Bullæ, aut Bre-
via, aut Rescripta.*

*L*itteræ Apostolicæ vocantur, quæ expedi-
untur in Curia Romana per Papam &
ficiales, Papæ nomine, qualis est inter ali-
us Summus Pænitentiarius, seu Pænitentia-
rio magia, cuius Brevia saepius etiam ipsis Regulati-
onis committuntur executioni danda, ut vi-
lere licebit V. Forum. Et de Dispensationi-
bus matrimonialibus. Est autem Pæniten-
tiarius summus, semper vnu de Cardinali-
bus,

B

bus,

X.
*Litteræ
Apostoli-
cae quid
sint.*

bus, habens curam pænitentialem, id est pro dispensationibus & absolutionibus in casibus conscientiæ authoritate Sedis Apostolicæ, qui vtitur opera Pænitentiatorum aliorum minorum, quorum est pænitentia Confessiones audire, & eos à censuris Ecclesiasticis & pænis ac delictis absoluere, iuxta delegatam sibi à Summo Pænitentiaro authoritatem; tales sunt Romæ in tribus templis, videlicet in Aede Sancti Petri, in Aede S. Ioannis Lateranensis, & in Aede S. Mariæ Maioris. Primi horum sunt è Societate Iesu, Secundi ex Ordine S. Francisci de Obseruantia. Tertij S. Dominici. Azor. p. 1 l. 5. c. 38. Barbos. Iuris Ecc. l. 1. c. 4. n. 97. Lunadoro della Corte Romana. &c.

XI.
Litteræ
Apostoli-
cae sunt
aut Bullæ,
aut Bre-
via, aut
Rescripta.

Litterarum Apostolicarum aliæ sunt, quæ cum bulla plumbea pendente circa magna negocia expediuntur à Datario, id est, Ecclesie notario, Subscriptionibus solitis, quæ generali vocabulo vocantur Bullæ, aliæ vero quæ expediuntur pro patuis negotijs cum sigillo certo per annulum piscatoris, quo S. Petrus vsus fuisse creditur, & vocantur Brevia, quia non tam amplio stylo, sed brevibus characteribus, descripta. Aliæ vocantur Rescriptasignaturæ, quæ duplex est, Iustitia & gratia. Rescripta Iustitia sunt, quæ dirigitur ad lites & similes causas ex Iustitia terminandas,

minandas, ut si Pontifex designet Iudicem, qui causam cognoscat. Rescripta gratia sunt Supplicationes seu petitones in Scriptis Pa-
pæ vel Eius Ministris porrectæ, quibus Papa subscibit per FIAT, vel simile verbum, absque sigillo. Si dentur ad Beneficium va-
caturum, vocantur *gratia exspectativa*; si de
Beneficio vacante dicitur *Mandatum*, eo
quod S. Pontifex vel Ordinario vel Execu-
tori mandat & iubet alicui prouideri de be-
neficio, pro quo scribitur. Quod si Rescrip-
ta dentur contra Ius commune, propriè di-
cuntur *Priuilegia vel Dispensationes*, vt cum
alicui plura beneficia incompatibilia conce-
duntur. Lezan. V. Littera Apostl. Graff. Detis.
l. 4. c. 18. n. 87. & seqq. Litterarum Aposto-
licarum originale producendum esse, vt Iu-
dex, qui illas exequi debet, sit certus de sua
Iurisdictione, tradit Barbos. l. 3. Iuris Ecclesiastici. Azor.
13. n. 231.

§. 6. Decreta S. Congrega- tionis.

12. Congregationes DD. Emm. Cardinalium cur varia instituta.
13. Congregationes in specie, quas Regulares nosse conuenit recensentur.
14. Auditorum Rote dignitas & Auctoritas. XII. Vanquam totus Emm. DD. Cardinalium Ordo ad hoc peræquè sit institutus, Congre-
Q gationes Ema-

B 2

Ema-



Emiss. DD. Cardina-
lium cur-
varia in-
stituta.
tus, vt ipsi tanquam orbis Cardines, ac to-
tius Reipublicæ Christianæ Senatores Ro-
mano assistant Pontifici, & ei in negotijs ar-
duis rectum consilium præbeant, & cuncta,
quaæ eis ab eodem S. Pontifice pro utilitate
Ecclesiae iniunguntur, fideliter adimplent.
c. Per venerabilem. *Qui filii sint legit.* Et **c.** Fun-
damenta. de Elect. in 6. Ne tamen ipsa Eccle-
siastici Regiminis Capita, ingenti curarum
negociorūmq; mole obruta tanto succubant
oneri, cunctaq; facilius celeriusq; expedi-
tur, placuit ijsdem, magni illius Moysis ex-
emplo adductis, vt loquitur Sixtus 5. in Bul-
la: Immensa æterni Dei. Edita A.D. 1588. Cal.
Febr. qui cum Deo loquens Soceri sui Iethro
consilium de varijs Iudicibus constituendis
non repudiauit, quique Dei iussu insignem
senatum septuaginta Seniorum conscripsit,
qui cum eo onus populi sustinerent, ne solus
ipse grauaretur, Pontificium hoc onus inter
illos orbis terræ Senatores Cardinales aptâ
quadâ distributione pro temporis cōditione,
negociorū multitudine & varietate, ipsaque
utilitatis ratione ita partiri, vt ad certas re-
rum, negotiorūmq; tractationes distincti
essent Conuentus & Congregationes Cardi-
nalium, qui distributi muneris partem leui-
us ferrent, diligenter ad ministrarent, com-
modius ipsum Papam consulenter, ac deni-
que

quæ viri Primatij publicis in rebus exercitati, nullo vñquam tempore deessent. Primum eiusmodi Congregationem Generallum Inquisitorum pro conseruanda rectæ fidei Doctrina, fundamento salutis principali, erexit Paulus 3. *Constit.* 34. *Incip.* *Licet.* 12. *Cal. Aug.* 1542. apud Laertium, Cherub. in Bullario to. i. Alteram adiecit pro executione & interpretatione Concilij Trid. Pius 4. *Constit.* 81. *Incip.* Alias nonnullas. 4. *Non.* Augusti. 1564. apud eund. Laert. tom. 2. amplificauitque maximè Sixtus 5. in *præallegata Bulla: Immensa.* Quindecim S. R. Ecclesiae Cardinalium Congregationes instituens; aliam insuper De Propaganda fide erexit Greg. 15. a. 1622. per Bullam: Inscrutabili. Apud Laert. *Constit.* 25. De his omnibus, quæ Regulares nosse potissimum conuenit, vt breuiter dicam.

Congregatio 1. pro S. Inquisitione. Huic XIII.
Pontifex in dicta Bulla authoritatem dedit Congregati-
& potestatem inquirendi, citandi, procedendi, ones in
sententiandi & definiendi in omnibus causis tam specie
certas hæresin manifestam, quam Schismata, Apostasiā quas Re-
gularis gulares
& diffinīt à fide, Magiam, Sortilegia, Diuinationes, Sa- nosse con-
nentia
nes Cræmentorum abusus, & quacunque alia qua eti- nenit re-
am præsumptam hæresin sapere videntur, con- eensus
cernentibus, non solum in Vrbe, & Statu tem- tur.
porali S. Sedi subiecto, sed etiam in yniuerso ter-
B3 yarum

rarum Orbe, vbi Christiana riget Religio, super omnes Patriarchas, Primate, Archi-Episcopos, & alios inferiores ac Inquisitores, quo cunque Priuilegio illi suffulti sint.

Cogregatio 2. est pro signatura gratia, ad hoc, ut omnes signaturam quauis de causa aduentes benigne audiant, porrectaque oblatarum petitionum informationes excipiant, dumque supplices libelli referuntur, Papæ aſſistant, opportunum conſilium afferant. &c.

Congregatio 3. Pro Erectione Ecclesiarum, & earum, qua iam erectæ sunt, Diaœſum vel Monasteriorum vnione, Dismembratione, Cefio- ne, Permutatione, Translatione. &c.

Congregatio 5. PRO Sacris Ritibus, & Cæremonijs; ut veteres Ritus sacri vbiuis Locorum in omnibus Vrbis, orbisque Ecclesijs etiam Capella Pontificia, in Missis, Diuiuis officijs, Sacramentorum administratione, carerisque ad Diuinum cultum pertinentibus à quibusuis personis diligenter obseruentur, Cæremoniæ, si exoleuerunt, restituuantur, si depravata fuerint, reformatur, libri de SS. Ritibus & Cæremonijs in primis Pontificiale, Rituale, Cæremoniale, prout opus fuerit, reformatur, Officia Diuina de Sanctis ex- amentur. &c.

Cong. 7. Pro Indice Librorum prohibito- rum, ut librorum eiusmodi Catalogos & Indi- ces aut olim, aut proximè confectos examinent,

687

certorum authorum libros prohibitos, aut quo-
uis modo in prioribus indicibus suspensos dilig-
enter excutiant, & prout expedire indicaue-
rint, permittant. &c.

Cong. 8. Pro Executione & Interpretatione
Conc. Trid. si quando in his quæ de morum re-
formatione, disciplina & moderatione, & Ec-
clesiasticis Iudicij, alijsque huiusmodi statuta
sunt, dubietas aut difficultas emerserint.

Cong 11. Pro Consultationibus Regularium.
Huius Congregationis Cardinalibus facul-
tas conceditur, ut Regularium, Claustralium,
Mendicantium, non mendicantium, Hospitaliorū
& militarium, possidentium & non possidenti-
um, cuiusvis demum Ordinis sint, controuersijs,
dubitacionibus propositis respondeant, causas ve-
rō, quas inter ipsos Religiosos oriri contigerit,
iuxta quarumcumque Religionum instituta eo-
rumque dispositionem Superiores illorum defini-
ant, atque terminent. Dum autem inter Episco-
pos & Regulares dubitationes inciderint, quæ
sub Decretorum Concilij Trid: disputatione aue-
interpretatione comprehendantur, eos ad ean-
dem Congregationem remittant. Audiant iti-
dem ac decidant prædicti Cardinales causas &
controversias inter prædictos ordines vertentes,
sive in vniuersam, sive ratione particularium
Locorum, dummodo formam Iudiciarum non
requirant, item ut dictis Regularibus non ad

laxiorem, nec ad parem, sed ad arctiorem Reli-
gionem transeundi, ijs, quos feroore spiritus in-
censos ad perfectioris vita statum transire velle
coſtiterit &c. licentiam dare: Apostatarum quo-
que electorum, & praterea extra Monasteria
degentium aut vagantium causam ȳdem Cardi-
nales audiant & cognoscant; eosque coērcenti
potestatem habeant &c.

Cong. 12. Pro Consultationibus Episcopo-
rum & aliorum Pralatorum Cardinalium, Hu-
ijs Congregationis facultas est, vt Patri-
archarū, Primatum, Archi-Episcoporum, Epis-
coporum, Pralatorum, & Ordinariorum quo-
rumcunque etiam inferiorum, non tamen Re-
gularium petitiones audiant, propositisque dif-
ficultatibus, quaſtionibus ac controverſijs, alijs-
que super quibus consulti fuerint, etiam per lu-
teras, ſedulò, humaniterque repondeant, du-
bia, rationes & causas Eccleſiarum, earumque
dignitatis, Iurisdictionis, Exemptionis, Immu-
nitatis, Iuriū, Priuilegiorū, & laudabilii cōſue-
tudinū conſeruationē coērnetes, ſummarie cog-
noſcant, atque tam ex partium petitione, quam
ex officio componante, prout honeſtum opportu-
nūmque eis videbitur.

Cardinalibus Cōgregationis de propagāda
Fide präſcribitur in allegata Bulla: Inſcruta-
bili. vt in vnum congregati adhibitis etiam
aliquor Romane Curie Pralatis & Religioſis
viris

viris, ac Secretario &c. semel coram ipso Papa, ac
bis saltē in domo antiquioris illorum quolibet
mense congregentur, omniaque & singula nego-
cia ad fidem in vniuerso Mundo propagandā
pertinentia cognoscant ac tractent, & grauiora,
qua in prædicta domo congregati tractauerint,
ad Papam referant; alia vero per se ipsos deci-
dant, & expediant pro eorum prudentia, Missio-
nibus omnibus ad prædicandum & docendum
Euangelium & Catholicam fidem superinten-
dant, Ministros necessarios constituant & mu-
tent.

Congregations, quæ à Cardinalibus
constituantur ac reguntur, proxima, digni-
tate & authoritate, Rota sequitur, quæ nihil
aliud est, quam Senatus aut Concilium 12.
Prælatis constans, quorum unus est Germa-
nus, unus Gallus, duo Hispani & octo Ita-
lii, horum tres Romani, alij Bononiæ, Fer-
rariæ, Venetijs, Hetruriæ & Mediolano. De
his & eorum officio ita scribit Azot. p. 2. In-
stit. l. 5. c. 41. Ex vniuerso, inquit, Christiano-
rum orbe ad Pontificem litigatores, causas de
Beneficijs Ecclesiasticis, & alijs rebus deferre so-
lent; Has causas expedire consuevit Pontifex per
viros vtriusque Iuris peritos: Qui, quoniam in
Capella Pontificia assiebant, Capellani S. Pon-
tificis olim dicebantur, & auditores S. Palati:
hodie auditores Rotæ dicuntur, quod in orbem

Bs. sedentes.

XIV.

*Auditoria
Rota di-
gnitas &
auditoria
tas.*

sedentes, controversias & causas examinent. In
hoc auditorio cuncta iuxta doctrinam, pruden-
tiam, aequitatem & justitiam definiuntur.

Congregationes aliæ Emiss. DD. Cardi-
naliū concernentes alia negotia.

Cong. 4. Pro vbertate annonæ status Ec-
clesiastici.

Cong. 6. Pro Classe paranda & seruanda
ad status Ecclesiastici defensionem.

Cong. 9. Pro status Ecclesiastici Graua-
minibus subleuandis.

Cong. 10. Pro Vniuersitate studij Romani.

Cong. 13. Pro Vijs, Pontibus, & aquis
curandis.

Cong. 14. Pro Typographia Vaticana.

Cong. 15. Pro Consultationibus nego-
ciorum status Ecclesiastici.

§. 7. Pontificiæ Constitutio- nes quam habeant vim obligandi.

15. Decreta Pontificis siue mediante Concilio
Generali, siue alias lata vim obligandi
habent.

16. Etiam extra Corpus Iuris contenta post le-
gitimam publicationem.

17. Legem Pontificiam in sua Diœcesi nec pro-
mulgatam nec vñu receptam non ob-
seruantur.

seruans peccati damnandus non vide-
tur.

18. An idem dicendum de Decretis Pontificum
solos Regulares concernentibus.
19. Legem latam à S. Pontifice quando non li-
ceat rejicare.
20. Confessarij munus unde difficile reddatur.

Dilectum est §. 2. Ius Canonicum compo-
ni vel ex Decretis Pontificum, vel Conci-
liorum; ambo hīc nomine Pontificiarum
Constitutionum comprehendō, eo quod
Concilia quæcunque à Papa tantummodo
robur accipiant, à quo nisi confirmentur,
vīm obligandi nullam habent; nonnulla
Concilia etiam generalia, hoc ipso quod à
Pontificis Regula & institutione recesser-
runt, in fide errasse leguntur. Hęc igitur
Decreta seu Constitutiones Pontificum, siue
mediante Concilio, siue alias latas, in quan-
tum Regulares potissimum concernunt,
cum sint Basis & fundamentum, cui tota
huius Summulae fabrica innititur, earum
ante omnia præcognoscendus est valor, &
vis obligandi. Vraque igitur tam concilio-
rum (intellige generalium; nam Provin-
cialia quæcunque neque definiendi, neque
generaliter constituendi vim aliquam ha-
bent, sed tantum curandi, vt id seruetur,
* quod

XV.

Decreta
Pontificia
siue me-
diante
Concilio
generalis,
siue alias
latas
vīm
obligandi
habent.

quod alias statutum est; licet interdum & quæ ab his rectè statuta sunt, etiam Catholica Ecclesia suscipiat. Lanzel. *Instit. lib. tit. 3. vers. Provincialis.*) quām Summorū Pontificum Decreta necessariam habent obseruantiam ostendit Barbos, in *Proem. Decreti. n. 7. vers. Ex quibus.* Etiam ea quæ in Decreto referuntur à Gratiano nisi ostendatur Exemplar in contrarium, siquidem passim hanc fidem illi, etiam Pontifices attribuunt. Addit rectè P. Marchant, *in fund. 12. Regula Min. tit. ii. q. 1. fol. 89.* In Legibus, Decretis, Constitutionibus, Indultis Apostolicis tamdiu permanere auctoritatē Apostolicam, donec per derogationem, cassationem, vel revocationem abrogantur, idqüe per clausulas sufficienter abrogatorias.

Quantum ad Concilia, obseruat P. Rives in *Epith. Concil. Præludio 7.* quandoque in Concilijs generalibus determinari aliquos mores seu ritus, ac tales determinaciones ab omnibus servari debere; quandoque vero in concilijs agi de moribus seu ritibus non decretando, sed solum dirigendo, tunc licet etiam seruari debeant ritus, & mores Ecclesiastici in præcedentibus Concilijs dati, nihilominus si ratio temporis in posterioribus Concilijs aliud postulare videtur, poste-

interiora Concilia poterunt aliud determinare, etiaminare. Distinguit item in Præludio Brevis etenim. Historia inter Concilia generalia, quæ Panum congregat, ita quod ab eodem congregatum ex Clericis tantum & Populo Romanis, in anno, regulariter non contineat eam auctoritatem, quam habet concilium generalis, quod congregat ex omnibus Episcopis, sicut. Inter hæc etiam præualere auctoritatem Pontificem quatuor Conciliorum scilicet Nizeni, Antiocheni, Constantinopolitani, Ephesini, & Calcedonensis. In ensis, dictum est §. 2.

Porrò cum Decreta Pontificia habeantur aucto- uædam in Corpore Iuris Canonici quædam ratione extra Corpus Iuris. Ea quæ in dicto Corpore abrogata abrogatis, seu libro continentur, veluti leges Canonicas, Pontificiales, authenticas & approbatis, habenda, ac pro legibus indubie seruata esse, vim quoque obligandi habere etiam a foro animæ ad culpam mortalem, seu veniam, iuxta materiæ grauitatem, est extra controversiam, ita communi sensu conuentientibus Theologis & Iurisperitis apud arbos. in c. Canonum statuta, de Constat. Alia Decreta seu Constitutiones Pontificiae, quæ in extra Corpus Iuris, quanquam eandem abeant auctoritatem, quando legitimè publicata sunt, quam habent vniuersa quæ Iure Canonico continentur, cum dimittantur.

XVI.

Etsi extra Corpus Iuris continent post legitimationem publicatio nem.

nent à Principe eodem habente autoritatem condendi leges. vt Cap. Canonum, & alias in Iure traditur, & patet ex his quæ scribit Sylu. V. Papa. n. 14. Magna tamen etiamen viget conrrouersia, num Leges Pontificiae obligent totum Orbem ex sola publicatione Romana? Hanc quæstionem breuiter quidem pro ratione Instituti, sufficienter tamen pro necessitate, vt mihi perfus deo, expediui V. Casus reservatus. n. 70. nihilominus quia hinc, & à validitate Priuilegiorum (de qua cæteroqui pariter egit diversis locis, vt V. Absolutio quoad Secular. n. 42. V. Benedicere. n. 59. V. Priuilegium. n. 47. 420. & alias prout occasio tulit) omnium propè quæstionum huius libri resolutions pendent. Iuvat hic generatim utramque materiam paulò amplius expendere, magis que stabilire.

XVII.

*Legem Pō-
tificiæ in
sua Diæ-
cesi nec
promulga-
tam nec
recep-
tam non
obseruans
damnan-
dus no[n]
detur.*

Quod igitur allegato loco V. Casus reservatus, tradidi, licet ex Veriori sententia Pontificiæ Constitutiones, simul ac in Romanæ Curia promulgatae sunt, omnem in totum Orbe Christiano vim obligandi habeant quantum est ex parte sua, ex vsu tamen & praxi, peccati damnandos non videri, sit promulgatam, neque vsu receptam non obseruent. Illud nunc magis confirmo per

que nouissimè scribunt P. Lud. Engel in
Man. Paroch. p. 2. c. 2. n. 24. & Streinius in
Prolegom. Summ. Iuris Canon. §. 3. n. 1. vbi
Azorium similiter secutus, multis ab eodem
allegatis, ex recentioribus adiungit Molin.
tr. 2. d. 395. Barbos. lib. 3. Rot. Deiſ. pag. 293.
Reginald. l. 13. n. 156. Zypau. Consultat. I.
le Conſtit. & l. 1. de. Iurisdict. c. 63. Rodriq.
1. q. 166. a. 2. Sa. V. Lex. n. 8. Nic. Sarat.
le Legibus n. 56. qui omnes afferant factam
Romæ promulgationem non sufficere, sed
i pariter n singulis Provincijs, aut Diocesibus (nisi aliter
quoad San. onſtitutum habeatur) debere fieri; nec etiam
uilegium obligare, nisi acceptentur, tradit insuper n. 5.
Exempl. c. in iſtis. dist. 4. & potro n. 7. Idem,
pri reflo- uit, videretur dicendum de statutis & Decretis SS.
atim vittas onſtiscum, que solos Regulares concernunt,
pendens quando non sunt legitime promulgata & accep-
ta. Quamuis enim Religiosi omnes specialiter
o V. C. obediſſe teneantur supremo Pontifici, ut Supremo
ri ſente Ordinum Regularium Generali, quemadmodum
ilac in R. luribus explicat Rodriq. 1. q. 17. a. 3. ab eoque
omnem compili poſſint ad acceptandum & obſeruandum
igandi h. nandata ſua, ſi tamen ex rationabili cauſa
ex viſu tur quod Superioribus relinquitur) acceptata non
non viden uerint, ab omnibus videlicet, quando communia
a Dizel mniibus ſunt, aut maiori aut ſanori parte, ſub-
ecepit am iti excuſantur, niſi aliud in ipſa Conſtitutione
conſiſto Decreto expreſſum fit; Superiori autem cuiu-
ber

XVIII.
An idem
dicendum
de Decre-
tis Ponte-
ſicum ſo-
los Regu-
lares con-
cernen-
tibus.

bet non tam attendendum est, quid aliorum Ordinum Prælati faciant, à quibus forte Bulla non acceperatur, quam quid Ordinis sui Supremus Magistratus velit, penes quem est etiam ab alijs neglegēta aut reiecta admittere, ac suis præscribere. Quo in euentu tamen magis ex speciali voluntate Superioris Religiosi, quam communi Ordinum, quibus impositum est mandatum, consensu obligatio manet. Ita Strein. ex Roderic. addit. Aluiset de Priuile. Reg. S. i. c. 4. n. 16. etiam si in alia Dicecesi vel monasterio conetur Episcopus aut Abbas introducere v. g. Tridentinum (alijs non receptum) & se illius conformare dispositionibus, id tamen minimè sufficere, neque etiam obesse priuilegijs contrarijs, quantumvis habeant limitationem & clausulam (quatenus sunt in vsu, & non aduersantur Trid: & SS. Canonicis) quia priuata voluntas particularis Prælati, non faciat Concilium esse receptum, siquidem verò reperiatur alicubi receptum quo ad aliquid valituram, quo ad hoc, limitationem, sed non quo ad alia. Hæc ille. Authoritates & rationes plures vide apud Bertt. Loth. in Resolut. Belg. tr. 2. a. 2. De P. Engel video addit. ad V. Casus reservatus. n. 71.

Quoad Streinium obseruo perperam citari Rodriq. vtroque loco superius allegato, quod seduli Lectoris inquisitioni remitto.

Hæc

Hæc sane istius expressa verba sūt t. i. q. 6. a.
 3. in fine; Non videtur requiri, ut per Praesules
 vel alios Prelatos in suis Territorij publicentur,
 quoniam secundum statum & consuetudinem
 Curia sufficit promulgatio & publicatio in Curia
 facta. Ipsius tamen Streinij opinioni magnū
 pondus addit, quod cum omnes leges con-
 dita sint, aut conditi debeat in utilitatem
 subditorum. S. Thom. I. 2. q. 9. a. 2. am-
 plius autem iuxta Isidor. relat. c. Erit
 autem Lex; Lex debeat esse honesta, iusta,
 & tri- posibilis, secundum naturam, secundum con-
 suetudinem Patriæ, loco & temporis conueniens,
 necessaria, utilis, manifesta quoque ne aliquid
 per obscuritatem incaptionem contineat, nullo
 priuato commodo, sed pro communi Ciuium uti-
 litate conscripta, &c. Status Germaniae mix-
 ti sacroprophano-regiminis & fidei cum
 tanta Heterodoxorum, quibus cum necel-
 fariò conuersamur, potentia, legum Apo-
 stolicarum obseruantiam quandoque red-
 dat (ut publica Imperij acta præter experi-
 entiam quotidianam testantur) difficulti-
 mam ne dicam moraliter impossibilem. Ad
 hæc illæ ipse Constitutiones vtcunque sint
 iusta; utiles Patriæ vel etiam necessariae,
 non nisi studio singulari ex libris peregrini-
 nis non vulgaribus, paucis lectione priuatâ,
 alijs incerto & confuso auditu innocescant
 C pleris,

plerisque penitus incognitæ remaneant
quanta etiam morum & actionum diffor-
mitas? quanta animorum anxietas & scrupu-
lū? Si nullo habito respectu publicatio-
nis & receptionis, tantæque communitati
ignorantia, obseruantia legum adeò pau-
cos constringit? talia certè incommoda,
licet, quod ortum habeant nō à Medico, qui
quantum in se est salutaria præscribendo re-
media, curare intendit, sed ab infirmo, qui
sanari proterè refugit, euacuare legem lu-
stam & vtilem, nec debeant nec possint,
moueretamen quamplurimum solent quā-
doque legislatorem, ut legem, quam ani-
maduertit occasionem esse ruinæ maioriū
potius, quām salutis, vel tacitè vel etiam ex-
pressè rescindat, aut saltem non nihil rela-
xet, quemadmodum & in veteri testamen-
to propter duritiam cordis permissum esse
Iudeis dare libellum repudij legimus. Mat.
10. 5. & in Decreto Gratiani. c. Denique. d. 4.
circa præceptum quadragesimalis Ieiunij.
De ipsa die Dominica, scribit B. Gregorius
Augustino Angelorum Episcopo: Haf-
mus quidnam dicendum sit, cum omnes Laici &
Seculares illa die plus solito ceteris diebus accu-
ratius cibos carnium appetant, & nisi noua qua-
dam auditate usque ad medias noctes se ingur-
girent, non aliter se huius temporis sacri obser-
vationem

rationem suscipere putant, quod utique non ratione sed voluptati immo cuidam mentis cecitatem adscribendum est, unde nec a tali consuetudine auerti possunt, & ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt, ne forte peiores existant, si a tali consuetudine prohibeantur, ut enim ait Solomon Prou. 30. Qui multum emulgit, elicit sanguinem. Authoritates & rationes plures subscribunt Barbos. in Collectan. Iuris Canon. 10. 5. ad c. In illis. D. 4. & 10. 6. in prætermis. legim c. Erit autem Lex. Et Salas de Legib. Disp. 12. nec p[ro]fess. 2. & Disp. 13. sec. 1. Cæterum in hoc Do-
 n sollicitores communiter conueniunt, si legem quam justam, utilem & necessariam Pontifex tu-
 n[on] merit cum intentione obligandi omnes, abs-
 vel enique vlla contradictione recipiendam esse,
 on nihil nec licere eam rejicere, sed sola humili sup-
 eri tekaplicatione eius abolitionem seu mitigatio-
 nem illam peti, vt ex Carbō. c. si quādo. de Rescr. l. 3. de
 regibus Legib. Disp. 10. & Valent. 12. d. 7. q. 5. p. 5. tradit
 Denique Strein n. 5. Cuius factū singulare nostræ Pro-
 malis leincie Patrum circa Constat. Vibani 8. San-
 B. Gregorii. Domini nostri producam inferius. Co-
 popo. Bon. l. 1. Controu. 1. c. 3. n. 67. cum Sala &
 omnes alij vult interim suspensam esse Legis Ob-
 is diebus seruantiam, & si Princeps non respondeat,
 nisi nullus & aliud non constet, tunc reuocatam cen-
 ter. Plura Lezana V. Leges Regul. n. 18. & 19.
 Interim in ista re intricatissima, quam

C 2

fit

XIX.

Legem la-
 tam à S.
 Pontifice
 quando
 non liceat
 rejicere.

XX.

Confessio
 r[um] meo

nus. Vnde
difficile
reddatur.

starandum certi quid in praxi statuere (si tamen certitudo aliqua habeti poterit) ag. nosce. Vnde & difficillimum quoque Cōfessarii munus meritò reputat Soler. in n. deluridic. Potest. Confess. in cuius Epistola præliminari ad Confess. post enumeratas aliquot huius difficultatis causas, sequentia consideratione digna scribit; sed omnium maxime rei difficultas pender ex eo, quid iudicium ipsum componendum sit, iuxta Canones, Decreta Conciliorum, Constitutiones Pontificum, Censurásque alias Ecclesiasticas, que non semper & ubique eundem habent locum & usum, vel enim ipsa, ut ad mores spectant, non parum variantur pro temporum varietate, & negotiorum successione, ita ut sedulò distinguenda sint tempora ad ipsas discernendas, & iniuncta conciliandas; cum etiam quia ex his Decretis & Sanctionibus, alia in Corpore Iuris habentur alia extra, vnde extrauagantes dicuntur. Quodam ipsarum sunt dispersa & adeo numerose, & incerte, ut frequenter habeantur incognita Nauarr. de Irreg. Cons. 13. n. 1. & 2. tit. de E Cons. 8. n. 4. Cons. 54. n. 6. cit. de Usuris Cons. 34. n. 2. Contingit insuper sàpè priores ipsas Constitutiones Pontificum, Canones Conciliorum, abrogari per posteriores, vel ex non ylo per disuetudinem, & sàpè per Priuilegia in contrarium obtentatum etiam quod istarum Cos

situ

stitucionum aliae reperiuntur ex toto non esse in
 vso, alia ex parte quadam obseruantur in uno
 gentium loco, & non in alio; & quod præcipue
 hic noteandum, stylus seu praxis Curia Vrbis Ro-
 manæ in ipsis apud nonnullos viget, & apud alios
 stylus Orbis prævalet, iuxta antiqui loris in con-
 trarium obseruationem, ita ut sèpè quadam ip-
 sorum solum Cismontanos seu Italos obligent
 & Transmontanos excusent, adeò ut mirum non
 sit, si inter Authores etiam Clasicos de hac mora-
 li Theologia, seu de Casibus Conscientie aliter
 nuncupata, non semper omnium vna circa ean-
 dem questionem decisio opinione reperiatur.
 Hæc ille. Augentur istæ difficultates quam-
 plurimum ex diuersitate Religiosorum Or-
 dinum, quibus & peculiariis sepiissimè præ-
 scribunt vel concedunt SS. Pontifices, &
 ipsi Ordines, suo quisque accommodauit
 instituto; quā ob rem, quod, qui materiam
 regularē tractarunt, durissimum pluri-
 morum subire solent iudicium; qui tracta-
 turi iamiam operi manum & calamum ap-
 plicabant, à tabula retraxerint, quod nec
 certi aliquid in tanta rerum varietate, vel cō-
 stantis doctrinæ tradi possit, ac eo ipso dum
 quis scribendo occupatur, aliud in Vrbe de-
 cernatur, neque satis tutum sit propter com-
 munem vsum ac stylum Orbis, Vrbis stylum
 & morem deserere; cùmque Privilegia le-

C;

gitimè

gitimè concessa sint, hæc ipsa tamen magis
in dies restringantur, ac penitus etiam an-
nullentur. Hæc, inquam, me quoque non
parum detinuerit suspensum; vicit tamen
necessitas, & specialis ex Regula Minorita-
na Sedi Apostolicae voto firmata subiectio,
& ut calamum ad scribendum, & quæ con-
scripti ad prælum venire concluderem; quid
enim agerem? nescire certè non licuit, quo-
rum ignorantia æquè vel magis quam ipsa
transgressio reum facit. Scrutatus ergo sum
SS. Canones, & quid ab homine meæ Re-
ligionis & Regionis requirant, quâ potui
solertiâ, indagavi, idque ad ipsum Sanctuarii
pondus expendi, nunquid ipse Canonum
Conditor alibi immutârit, aut per expressa
Privilégia remiserit, vel eius concessione
Præpositi Religionis suo viuendi instituto
attemperauerint, vsuque (cui quantum et-
iam in Iure deferatur, videre licet c. Cum
tanto. de consuet. Cum Gl. & alibi sèplus ac
in Summula n. 416.) firmauerint. atque ho-
rum omnium quotquot habere potui testes
conuenientes, viros, inquam, Doctos retu-
Ordinis peritos consului. Quæ tandem in
vnam aliquam congeriem digessi; dige-
ssa porrò supprimerem? atqui hoc ipsum
non minor culpa fuit, quæ salubriter insi-
tuta sunt, negligenter haberi, obliuioni per-
mittere,

tamen tamen
tus etiam velut ex legem viuere, prout cuique propri-
quoque us sensus suggesserit. Quos igitur Spicarum
vicit manipulos messorum vestigia legens colle-
la Min gi, ad Sacerdotem detuli atque legitimo Su-
ta sub periorum Iudicio commisi saltet ut in his
& quiccertiora dicerer ipse, si ad aliorum notitiam
aderem, venire consultum non ducerent.

is quā §. 8. Quid valeant Rescripta
cus ergo Apostolica, Decreta S. Con-
ne me gregationis, Decisiones
at, qui. Rotæ? &c.

- per ep. 21. Decreta à Papa emanata quocunque eti-
concelli am extra ius commune & concilia vagan-
ndi insti tia vim obligandi habent.
quarum 22. In foro externo quæ Decreta SS. P.P. præ-
licet, l ponderent alii.
bis 23. Declarationes Cardinalium an vim legis
at. atque obtineant.

Decretal. **Q** uæcunque Decreta à Papa emanata, XXI.
tandem siue sint Bullæ, siue Brevia, Rescripta, Decreta à
effi, siue vocis oracula, Signatura, & alia huius Papa emanata quæ
hoc ipmodi, quoquæ nomine nuncupentur, cunq; eti-
prior extra Concilia, & ius commune vagantia, am extra
admodum ad eam vi pollere ac Canones in dictis Con- Ins com-
muniōnē ciliis Cœb;

Concilia ciliis & jure insertos, probat Chassain. de
Gaganica Priuil. Regul. tr. 1. c. 1. prop. 2. tum ex gene-
Gim obli- ganda ha- rali Decisione Nicolai Papæ. c. si Romanorū
bens.

d. 19. tum Agathonis P. Ibid. c. 2. qui bre-
 uiter sic inquit, omnes Apostolica Sedi San-
 ctiones accipienda sunt, tanquam ipsius Dini
 Petri voce firmatae sint; Quibus adde c. 4.
 quo Stephanus P. Enim uero, inquit, quia in
 Speculum & exemplum S. Romana Ecclesia pro-
 posita est, ab omnibus, quidquid statuit, quid-
 quid ordinat, perpetuo & irrefragabiliter obser-
 vandum est; singulariter autem Leo Papa 4.
 apud Iuon. p. 5. Decreti c. 35. Si quis, ait, dog-
 mata, mandata, sanctiones, Interdicta vel De-
 creta pro Catholica Fide, pro Ecclesiastica Dis-
 plina, pro correctione Fidelium, pro emendati-
 one Sceleratorum vel interdictione imminentia-
 um & futurorum malorum, à Sedi Apostolica
 Praesule promulgata contempserit, anathema sit.

XXII. Omnia igitur huiusmodi, seu Decreta, seu
In foro ex- Rescripta, paris efficacitatem sunt, quo cunque
terno qua- vocentur nomine in foro quidem interno,
Decreta nam in foro externo (ut obseruat Chass.)
ss. pp. aliter est iudicandum, præponderat enim
præpondere tamen alio. Ius commune Conciliis, Concilia Bullis,
tamen alio. Bullæ Breuibus, & Brevia signaturis, signa-
 turæ autem viue vocis oraculis; sicut & in
 Canonicis scriptis S. Aug: l. 2. de Doctrin.
 Chri. c. 8. Eas, quæ ab oīnibus recipiuntur
 Eccl.

Ecclesijs, præponit eis, quas quædam non accipiunt, eis, quas pauciores minorisque authoritatis Ecclesia tenent. Si quas demum inuentum fuerit haberi à pluribus, alias à grauioribus (quanquam hoc inueniri vix possit) eas habendas esse æqualis authoritatis &c. De oraculis viux vocis ex Industria dicetur V. Priuilegium n. 420.

Cardinalium Declarationes consulto Sanctissimo factas, non solum habendas, vt probabiles & doctrinales, sed etiam vt authoritatius & necessarias, tanquam si ab ipso Papa editæ fuissent, ita vt habeant vim obligandi in utroq; foro, non solum pro illis personis, ad quarū instauriā fiunt seu in illo casu speciali, cui Congregatio respondet; sed vt leges generales in similibus omnibus, permagno Doctorum apparatu propugnat Barbos. Iuris Eccles. l. 1. c. 4. n. 18. Contrariū cum præstantissimis alijs Theologis sustinet Diana p. 1. tr. de Legib. R. 29. quod etsi maximi sint ponderis & ab ijs non sit recedendum sine firmissimo fundamento, vim tamen legis non habere. Quinimò sensus ipsiusmet Congregationis videtur esse ait Peyrin. de subd. Relig. q. 1. c. 25 quod nolit suas Declarationes communiter haberi pro legibus, nam cum certum sit de essentia legis, vt obliget, esse promulgationem, vt dicitur c. 1. de Po-

C_s fulat.

XXIII.
Declarationes
Cardinalium
an vim
legis obtine-
nent.

stulat. Pral. §. Verum. & docet D. Thomas i. 2,
q. 9. a. 40. Nau. ro. 1. Conf. de Constat. Cons. I.
n. 2. V. Quinto dico. tantum abest, ut dictas De-
clarationes promulget S. Congregatio, vt eas no-
lit neque manuscriptis neque impressis libris pu-
blicari, & libros promulgantes prohibet, vt con-
stat ex Decreto Congreg. Anno 1621. die 19. A-
pril; & alio simili Congr. Indicis sub die 9. Iunij
eiusd. anni. Itaille. Non latent hæc, neque
mouent Barbosam, qui n. 83. Theologos
istos grauiter arguit, quod hac de re tam au-
dafter loqui non debuissent.

Ad fundamentum istorum de promul-
gatione respondet cum Rodiq. ro 1. q. 11. a.
2. (seu potius Sala de legib. disf. 21. sec. 12. Co-
riol. §. cuius ista verba sunt propria) id pro-
cedere in legibus, quæ nouū lus condunt,
non autem quæ antiquum declarant, decla-
rationes autem cum ipsa lege, à principio
inesse. Sed hoc responsum nec ipsi Salæ (cæ-
teroquin eiusdem cum Barbosa sententiaz)
placet. Quoniam (vt ipse loquitur) licet in
manifestis Declarationes Legibus insint, & ex se-
fine alia promulgatione obligationem afferant,
secus tamen videatur in dubijs, quia tales Decla-
rationes sunt veluti nouæ leges, vnde cum effici-
ciuntur, promulgari iubentur, non secus ac le-
ges alienouæ &c. Hanc Salæ respcionem
verbotenus amplectitur Chaffain. supra
Prop.

Prop. 3. vbi porrò sententia huic non obstat
re assensū Pontificis, probat, quod confirmatio
Papæ nouum lus, rei, quæ confirmatur,
nullatenus conferat, adeoque neque Decretis Cardinalium apposita. arg. c. Cum Dilecto.
de Confirm vtil. & inutil &c. Et c. Examinata.
ibidem, rbi Gloss. & ita patet, inquit, quod
Confirmatio nihil vel modicum operatur, quia si
aliquid inuenit, confirmat illud, alias nihil ope-
ratur. Vide de his insuper Lezan. V. Congre-
gatio. n. 12. & in hac Summula V. Benedicte-
re. n. 59. Interim ad imminuendam auda-
ciæ notam, quâ Barbosa Theologos sibi co-
trarios (quos inter, sunt aliqui in Curia
Romana celeberrimi, præsertim Nauarr.
ita constanter tenens. l. 5. Cons. de sent. Exco.
Cons. 15. vbi ait ad finem q. c. quod etiam
Decisiones Rotæ non recipiuntur in toto
Orbe, neque in omnibus Academijs. quem
ita sequitur Portel in dub. Reg. V. Cardinal.
allegans Del Rio, Vega, Sanchez &c. qui
bus adde quamplures alios relatos à Diana
cit. Chass. ipsique Barbosa.) ferit, præstat
ipsum audire S. Congregationem, cuius De-
cretum ipse Barbosa ibid. refert in hæc ver-
ba: Verum cum S. Congregatio Cardinalium
Conc. Trid. Interpretum sapius & nouissime sub
die 29. April. 1621. inherentio Constitutioni fel.
Rec. Pij. 4. qua incipit: Benedictus Deus, decre-
ueris

uerit Indicì librorum prohibitorum addenda
esse omnes & quascunque Declarationes, Inter-
pretationes, seu Decisiones sub nomine eiusdem
Congreg. Concilij absque illius autoritate im-
pressas & imprimendas, cùmque ad illius no-
tiā peruenierit, quamplures, ex Declarationi-
bus, Interpretationibus, seu Decisionibus iuxu
contingentiam casuum, illorūmque qualitatū
& circumstantias à se diuersis temporibus factas,
secundūm ea, quæ proponebantur, sive altera-
tas, immunitas, diminutas, ac forsitan alias men-
tito nomine S. Cong. confitas, nullōque pra-
terea authenticō Sigillo munitas, istasque per
Tribunalia tam in Vrbe quam per Orbem cir-
cumferri & imprimi, consideransque quantum
detrimenti recipi posse, si aliqua fides illis adbi-
beretur. Ea speciali S. D. N. Urbani 8. iussu mā-
dat & praecipit huiusmodi declarationibus tam
impressis & imprimendis, quam manuscriptis
nullam fidem esse in Iudicio vel extra à quoquā
adhibendam, sed tantum illis, quæ in authenticā
forma solito sigillo & subscriptione Em. Cardi-
nalis Praefecti & Secretarij eiusd. Cong. pro tem-
pore existentium munita fuerint. In quorum si-
dem hæc propriā manu subscriptimus, & sigilli
nostrī impressione communiri ac typis mandari
iussimus. Dat. Roma, 2. Aug. 1631. Ex hoc De-
creto cum Lezana V. Congregatio. n. 10. & 11
duo inferes, 1. vt huiusmodi Declarationes,
Decisi-

Decisiones &c. sint authoritatiæ, & vim legis habeant, requiri, ut in authentica forma solito sigillo & subscriptione Em. Card. Praefecti ac Secretarij eiusd. Cong. pro tempore existentium munitæ sint. 2. Sufficienter publicatae & promulgatae; cum enim, ait, ad hoc quod lex obliget, necessario requiratur illius promulgatio, ut colligitur ex c. 1. de Postulat. Pralat. & S. Thom. 1. 2. q. 90. a. 4. Et alij Theologis communiter non est credendum S. Congregatione velle prædicta obligare, nisi præmissa dicta publicatione, Imò propterea, vt credo, precipit, vt nō adhibeat fides nisi illis quæ dicto modo sigillatae, subscriptæ & munitæ fuerint, quia illæ solum publicantur in Curia & in locis ordinariis ad id designatis. Bonac. alij Relatis. Hæc ille. Plura P. Coriol. de Casibus Reserv. p. 1. sec. 1. a. 21. n. 5. & alij passim, qui vt cunque Barbosæ videantur locuti audaciūs, veniam tamen merentur atque etiam sequelam, quandoquidem ex una parte talium Decretorum, ipsius quoque S. Congregationis Iudicio, tam est imminuta fides & authoritas, ex alia non desunt efficacia fundamenta & inueterata plerunque, secundūm antiqui iuris obseruantiam, consuetudo.

§. 9.

§. 9. De Abolitione Priuilegiorum.

24. Priuilegium finitur, vel amittitur septem modis. 25. Renuntiatione. 26. Lapsu temporis. 27. Vsu contrario. 28. Morte cui concessum, vel morte concedentis. 29. Cessatione causa finalis. 30. Abusu.
31. Priuilegia Regularia sola revocatione seu Pontificis sententia extinguntur.
32. Reuocatio expressa, vel tacita. Generalis, vel specialis.
33. Priuilegias Regularibus concessa, an sunt irreuocabilia, sicut priuilegia à Principe concessa.
34. Priuilegium concessum cum certis clausulis an per legem contrariam latam vim suam amittat.
35. Vim suam non amittere probatur exemplis Primo. 36. Secundo. 37. Tertio.
38. Quomodo clausularum Iuris varietas saluetur, & Iura dissonanzia concordentur.

XXIV.
Priuilegi-
um fini-
tum mo-

P Eligius V. Priuilegium. 3. n. 1. recenset septem modos, quibus Priuilegium finitur aut amittitur. Primus est Reuocatio & dis.

XXV.
Renunci-
atione.

Renunciatio. 2. Lapsus temporis. 3. Vsus contrarius. 4. Mors illius, cui conceditur aut concedentis. 5. Cessatio causa finalis. 6. Abusu

Abusus. 7. Non *vsus*. Ex omnibus his *vnicus* est *Reuocationis*, qui singularem patiatur difficultatem. Renunciare *Priuilegia* sui Ordinis ne quidem *Capitulum* posse tradit *Lezan*. V. *Priuilegium*, n. 15. potest tamen tollere, limitare seu stringere sibi *Subditis* *vñ* quorumcunque *Priuilegiorum*, vti probabitur V. *Priuilegium*, n. 414.

Secundo modo finitur *lapsu temporis* præscripti seu cessatione conditionis, sub qua concessum fuerat. concessum simpliciter & indeterminatè est perpetuum. P. *Elig.* n. 7.

Per *vsum contrarium* tolluntur solum *Priuilegia negatiua*, hoc est, quæ in non faciendo consistunt, illis enim solum opponitur *vsus cōtrarius*. *Lezā*, n. 16, ad hoc requiritur, vt fiat non à *priuato* vel homine vel *Mona-*
sterio, sed toto Ordine, vnde si *Guardianus* non obligatus ire ad *Processionem*, vadit nihilominus bis aut səpiùs, per hunc contrarium *vsum* non perditur *Priuilegiū* Ordinis aut *Conuentus*; ille enim *contrarius vsus* non est factus à Religione, cui *Priuilegium* illud collatum est, & saltem successor *reclamans* obtinebit, antequam contra illum *Monasterium* accedat *Præscriptio de Iure communi*. 40. Ex *Priuilegio* autem, 100. annorum. Portel V. *Priuilegiū cessatio* n. 57. & seqq. Chaffain. de *Priuilegiis* 1. c. 5. prop. 1.

Pri-

XXVI

Lapsu tē-
poris.

XXVII.

Vsu con-
trario.

XXVIII. Priuilegium Personale extinguitur per
*Morte aut mortem illius, cui concessum fuerat, Reale
 cui conces- sum, aut sequitur rem ipsam & successivè transmit-
 sum, aut
 morte con- titur ad illos, qui rem ipsam acquirunt. Vn-
 sedentis. de quando priuilegium seu facultas com-
 mitterit expresso solo nomine dignitatis,
 censetur concessum dignitati, consequen-
 ter non extinguitur morte illius, qui tale pri-
 uilegium executioni mandandum accep-
 rat, sed transmittitur ad Successorem in
 dignitate, siue res non integra sit, siue ad-
 huc integra; secùs est, si priuilegium detur
 expresso nomine, vel solo, vel etiam addito
 ipsius dignitatis.*

Morte concedentis expirat Priuilegium, di-
Etum gratia facienda, hoc est, quando con-
ceditur non ei absolute, in cuius fauorem
datur, sed dependenter ab alio cui facienda
committitur, si res est adhuc integra, id est,
si nondum priuilegiarius incepit ut Pri-
uilegio. Gratia iam facta, quæ alicui con-
ceditur independenter ab alio, vt est, v.g.
facultas ad audiendas Confessiones, absolu-
vendum à reseruatis, non ieunandi, cele-
brandi in oratorio, recipiendi Ordines &c.
non cessat morte concedentis, modò con-
cessum sit simpliciter sine aliqua conditione
seu particula restringente usque ad mortem
concedentis. Bassæ n. II.

Soz.

Soar. Sylu. & Angelus ibidem relati cen-
trum fuerat Priuilegium cessare quinto modo, tum
in eum quando illius causa contrariè cessat,
acquiritur el dum adimpletio seu executio, seu vsus
facultas priuilegij factus est iniustus aut iniquus, vel
ine dignum priuilegium redditur inutile, aut dum
accepit esse perniciosum illi, in cuius fau-
ore concessum fuerat. Per abusum amitti-
tur, cum quis ex priuilegio, peccandi occa-
sionem sumit, ideoque illius priuationem
pereretur, aut fini, ob quem priuilegium con-
cessum est, directè repugnat. Tamen ut
mittatur de facto necesse est accedere sen-
tentiam declaratoriam, saltem ipsius crimi-
nis seu abusus. Lezan. V. Pœna. Nullo dicto-
rum modoru sed sola reuocatione, seu Pon-
ificis sententia extingui priuilegia regula-
ria, facilè patebit utrumque consideranti-
bus, quod breuiter agit Chassain, cit. De
Reuocatione igitur

Sciendum 1. Reuocationem esse dupli-
em, expressam & tacitam; Expressa est cum
priuilegium per verba expressa & clara re-
lacione, g. Reuocamus, Annulamus &c,
Iac rursus vel est specialis vel generalis;
specialis est, quando reuocatur speciale ali-
quod priuilegium in particulari. Generalis
est, cum in genere & in communi reuocan-
tur omnia priuilegia & indulcta in contrari-

D

um Specialis

XXIX.
*Cessatio-
ne causa
finalis.*

XXX.

XXXI.
Prive-
gia Regis-
laria solda-
revo-
cacio-
ne seu
Pontificis
sententia
extingu-
itur.

XXXII.
Renovatio
alia ex-
pressa, al-
ia tacita,
alia
Genera-
lis, alia
specialis.

I/agoge

50
um absque significacione particularis ali-
cuius priuilegij, prout faciunt SS. Pontif-
ices per hæc verba: Non obstantibus quibus-
cunque Priuilegijs &c. Reuocatio tacita pri-
uilegij est, quæ non fit expressis verbis sed
per actum contrarium ipsi priuilegio factū
à concedente, per quem actum priuilegium
subsistere non possit, vt si concedens Reli-
giosis exemptionem à Tributo, iuberet po-
steia id ab eis exigi.

XXXIII.

Priuile-
gia Regu-
laribus
cōcessa an-
sint reu-
ocabilia,
scient à
Principe
concessa.

Sciendum est 2. licet Principes etiam sine
causa possint sua priuilegia revocare, vt cum
Felino & aliis docet Sanctarell. var. Refol.
q. 17. n. 1. & Tambur. de jure Abb. disp. 16.
q. 12. Quia priuilegia conceduntur cum ta-
cita conditione, vt valeant quamdiu Prin-
ceps voluerit, & in eadem voluntate per-
manserit. Quæ tamen ex merito conce-
duntur etiam subditu, esse irreuocabilia
(saltem vt sine grauissima causa reuocari
non debeant. Idem Sanct. q. 16. n. 19. &
quæ publicam respiciat utilitatem. Lezan,
V. Priuilegium, n. 12.) docet præter cit. ab-
solutè Tambur. 10. 1. de Iure Abb. disp. 16. 4.
12. n. 9. vbi ex Reginal. attestatur nec ex
capite ingratitudinis tale priuilegium vel
etiam sirolem concessionem ex causa me-
ritorum, reuocari posse. Eiusmodi vero
sunt in primis Priuilegia Regularibus con-

cessant
& quo
defen-
pro
giao
cti. n.
on. X.
ein/jan
gum
dab
per
lia &
ber in
com
guan
reci
fir. Z.
si. g.
ditu
Conf
meo
fi po
ulegi
non
peri
ben
fun
teu
nopl
cella

cessa in præmium laborum, quos passi sunt,
& quotidie patientur in S. Rom. Ecclesiæ
defensione & augmentatione, ac animarū salute,
prout & ipsi SS. Pontifices, qui talia priuile-
gia concederunt, sèpius attestantur. Lezan.
cit. n. 20. Peyr. 10. 1. Priuile, in Constit. 26. Le-
on. X. n. 2. & 10. 3. c. 4. in Add. ad Constit.
eiusdem Leon. n. 24. & P. Eligius V. Priuile-
gium n. 5. afferens priuilegia eiusmodi in
dubio nunquam censeri reuocata, etiam
per verba reuocationis quantumuis genera-
lia & geminata. Quod maximè locum ha-
bet in ijs priuilegijs, quæ sunt inserta juti
communi: tuncenim non tam priuilegia,
quàm publicæ leges censemunt, & Iuris cor-
rectio vitanda, & non facilè præsumenda
fit. Lezan. cit. n. 21. idem dicit Sanctarell.
cit. q. 17. n. 6. quando priuilegium conce-
ditur cum clausula, quod per sequentes
Constitutiones, Leges, Dispositiones &c.
q. 16. n. 1. non censeatur reuocatum tale priuilegium,
si postea à Principe feratur lex, quæ tali pri-
uilegio aduersatur, priuilegium concessum
non propterea suam vim amittit, sed in suo
perseuerat robore; an verò priuilegium ha-
bens clausulam derogatoriam ad omnes
futuras dispositiones, ita ut non censeatur
reuocatum in futurum, nisi specialiter &
nominatim de tali priuilegio fiat mentio in

XXXIV.
Priuile-
gium co-
cessum è
certis
clausulis
an per le-
gem com-
trariam
latè. Èm
suam a
mittat.

Constitutione futura &c. censeatur reuocatum, si postea Princeps ferat Legem vel Constitutionem cum clausula generalis derogationis; etiamsi de verbo ad verbum deberet fieri mentio, quorum tenores pro expressu habeantur, vel non obstantibus, valde controversum est. Sentiunt plerique Doctores non propterea per hanc posteriorem legem censi reuocatum primum priuilegium, nimirum clausulas illas, quarum tenores &c. ac pro expressis &c. passim inquiunt aliqui, per Copistas & Notarios solere apponi, & propterea non debere nocere. DD. huius opinionis ad longum recenset Sanctarell. it. disp. 17. n. 9. & multo plures etiam in contrarium, additis etiam rationibus propter quas probabilius iudicat eiusmodi clausulas irritare priora priuilegia.

Posterior sententia Sanctarelli haud dubiè tenenda est absque contradictione, quādo plenè constat, ita esse mentem Summi Pontificis, cuius potestas à suis antecessoribus nequitquam limitari vel minui potest, cum summa sit pariter in omnibus. Vnde ne quidem opus habent tam efficacibus clausulis, sed fatiscent, quæcunque verba mentem suam declarantia, nihilominus tamen, quia, non obstantibus clausulis illis etiā rigorosissimis Summi Pontificis inten-

tiam rigorosa sèpè non est, idèò priorem illam opinionem satis adhuc probabilem iudico, tutatoque in praxi.

Moueor ad hoc afferendum non solum grandi DD. pondere, quos ita sentire refert ibi Sanctarell. qui etiam dum oppositum vocat probabilius, id ipsum quoque tanquam probabile admittit, nec non communibus Iuris principijs, quæ sparsim idem disp. 16. adducit, & multis authoritatibus corroborat, ut quod odiosum sit, eufere priuilegia & beneficia à Principibus concessa, imò deceat ea conseruare & manuteneri in suo robore, i. c. Si cui nulla de p̄bēd. in 6. Regula. decet. 16. in Reg. Iuris in 6. Item priuilegia ante concessionem dici odiosa, esseque contra Ius; imò dici esse de Iure communi l. 1. ff. de Constitut. Principum. Itē Principibus, præcipue Supremis, valdē conuenire, ut quod concesserunt, non reuocent; Item priuilegia concessa personis valdē benē meritis & à Principe dilectis non solere facilē tolli, sicut nec priuilegia concessa in fauorem publicæ vtilitatis; item priuilegia concessa in Remunerationem laborum esse irreuocabilia, & cum per priuilegium, sit iam acquisitum Ius illi, cui cōceditur e. i. de p̄bēd. n. 6. non solet facile tolli; & huiusmodi plura, quæ ibi colli-

git, quæ omnia firmitatem primorum Priviliegiorum præsertim vñu diurno, continuoque executorum, atque aliquoties etiam iuvalidatorum non parùm intactū arguunt; vt enim Tambur, docet tr. 1. de Iure Abb. d. 16. q. 13. n. 3. Priuilegium à pluribus Pontificibus Principibusque confirmatum, difficilis censetur tolli ex Dec. & Barbos. geminatio enim manifestè monstrat Principis voluntatem. l. Balistis cum ibi notatis ff. ad Trabell. & actus geminati censemur gesti cum maiori animi deliberatione c. Etsi Christus. de Iureiuran. Id verò maximè roborare videtur priorem opinionem, quod quemadmodum in lege mens verbis præfertur c. Intelligentia. de verb. signis. l. serie. §. Aliud. de Excus. Tutor. Ita etiam in priuilegijs præcipue est attendenda intentio & verbis præferenda. c. Quanto, 26. de Priuili. & quibuscumque Constitutionibus; constat autem sèpnumerus ipsosmet Pontifices intentionem suam multo mitiorem fuisse postmodum declarâsse, quām rigidiores illæ clausula præfererūt, quod satis indicat rigore dictarū clausurarū præcipue censi posse nō esse revocata priuilegia Regulariū, patet hoc in primis in Bullis Cruciatæ, & Iubilæorum, quibus permittitur absolute, tam Regularibus quām Sæcularibus, vt possint sibi eligere.

Cox

XXXV.
**Exemplū
primum.**



Confessarium quem cunque tam sacerdalem
 utrumque quam cuiuscunque ordinis, qui ab omnibus absoluat &c. non obstantibus quorum unius
 actus quoque ordinum &c. etiam iuramento, confirmati-
 de lione Apostolica vel alia quavis firmitate robora-
 pluribus statutis, Privilegijs quoque indulxit, & littera-
 hematum ris Apostolice, eisdem Ordinibus ac Personis
 & Barba quomodolibet concessis &c. quibus omnibus &
 singulis etiam si de illis, eorumque tenoribus spe-
 ibi specialis, specifica, & individua, seu quavis alia ex-
 censent presio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc
 one seruanda foret &c. Quibus specialiter, nomina-
 ximè nomine & expressè ad effectum illum derogatur &c.
 quod Plures tamen Pontifices quos refert Mitan-
 pris p[re]lati d[omi]ni 2. Manual. Pr[ed]icat. q. 34. a. 15. præser-
 ent. item Clemens 8. & Urbanus 8. exp[re]sse de-
 clinarunt intentionem suam nunquam esse aus-
 & verbo posuisse, vt vigore eiusmodi Indultorum liceat Re-
 & quibus singularibus eligere sibi Confessarium, qui eos à re-
 lat autem seruatis absoluat, ex quo plures etiam DD.
 es intenti simPLICITER negant, Religiosos confiteri
 se possumesse sacerdotibus absq[ue] licen-
 s illa dicta suorum Superiorum, vt Lezan. V. Iubile-
 at rigore summa n. 16. testans ita etiam tenere Nouarium
 posse nō dicum multis; item Diana p[er] 3. tr. 2. Res. 94.
 patet hoc cum Tamburino & Malfesio. Et eiusdem
 biliorum Dianæ summa. V. Iubil. n. 17. aperte assertit
 in Regule Bullam Iubilæi, quoad hunc articulum non
 sint sibi suffragari Regularibus. Quanquam vero

D 4

hoc

hoc non æque semper habeatur expressum,
id tamen non obstat, quia pars est virtus acti-
tatis & expressi, idemque operatur, ut constat ex
l. de quibus in fin. ff. de legibus. & docet San-
ctarell. cit. q. 48. n. 55. Bartol. in Axiom. V.
Tacitum.

XXXVI.

Secundum.

Exemplum aliud. Cum Urbanus 8. (vi
habetur apud Lezan. V. Priuul. n. 25.) liti-
ris datis sub 5. Nou. 1631. occasione accepta,
quod multæ Religiones haberent priuile-
gia, quod in Constitutionibus generalibus
à Sede Apostolica editis vel edendis non
comprehenderentur, nisi de ijs specialis, indi-
vidua, seu expressa fieret mentio &c. declaras-
set, quod Constitutiones Apostolicæ edita
in concernentibus fidem Catholicam & S.
Inquisitionis officium, ac Constitutiones,
Dispositiones & ordinationes edenda tam
per ipsum quam per Pontifices Successores,
tam circa prædictam materiam, quam su-
per quacunque alia re, negotio, seu materia
comprehendant omnes Religiosos quomodo-
libet priuilegiatos, nisi specialiter & expressè
excipliantur, etiam si ipsi forent magis speciali no-
tia & expressione digni, eisque priuilegia &c.
sub quibuscunque tenoribus & insolitis clausulis
&c. quomodolibet concessa sint &c. Cum inslu-
per Idem Urbanus 8. Constitutiones mul-
tas singulariter obseruandas (quas inter eti-
am

am fuit modò relata eiusdem Urbani Constitutio, incipiens; *Cum sicut accepimus, Anno & die ut supra ex Lezan.* Item revocationes oracularū viuæ vocis per Cōfū. 27. Gregorij 15. *incipit:* Romanus Pontifex. Et aha eiusd. Urbani 8. alias feliciss. sub dato Roma 20. Decemb. 1631. speciali constitutione, cuius initium; SS. Dominus noster, die 14. April. 1633. seriò mandasset additā priuationis officij pœnā, vocisque actiuæ & passiuæ ipso facto incurriendâ ipsis Superioribus nisi singulis annis feria 6. post Assumptionis B. Mariæ V. octauam in publica mensa seu Capitulo ad hoc specialiter conuocato, & in quolibet Capitulo generali vel Prouinciali seu Conuentuali, commonerent subditos de obseruantia constitutionum Apostolicarum ad officium S. Inquisitionis pertinentium, & in specie de ijs, quæ ibi recensitæ singulariter fuerunt, cum, inquam, Constitutio hæc Urbani 8. P. ad omnes Ordinis nostri Prouincias per Procuratorem Ordinis è Curia Romana transmissa, seriò que recommendata fuisse, rogatus denuò idem M. R. P. Procurator à RR. PP. Prouinciae rescriptit (consulta prius desuper S. Congregatione) cum in nostris partibus non sit officium Inquisitionis, liberam nobis relinqu illius acceptationem. Ecce ve-

Ds

rd

Iagoge.

18
et ipsius Epistolæ copiam. Pax Christi. R.P.
Exemplar Decreti S. officij Anno 1633. eman-
tum, quod Paternitas Vesta in Epistola sua 20.
Febr. dicit nouum receisse, ecce nunc illud
transmitem cum illius extensione, quam habui
nuper procuratam apud S. illud Tribunal, an
autem Ultramontanos afficiat eiusmodi Decre-
tum? non est dubitandum, vnde videre erit in
calce eiusdem signo + afficiatne verò omnes
& singulos ultramontanos? responsum habui-
mus, quod illos tantum, apud quos viget S. In-
quisitionis officium, & qui S. Concilium Tridi
recepérunt, illos verò apud quos S. Inquisitio
non viget, poterunt ad libitum illud recipere,
vel non, prout magis in Domino expedire vide-
bitur. Ego Decreta huiusmodi, ut fungerer offi-
cio meo, ad omnes Provincias indifferenter
transmisi mori Sacra & vniuersalis Inquisitio-
nis inhärendo &c. Roma 16. April. 1638.

F. Felicianus Procurator Generalis.
Aduerte signum illud + remitti ad
verba posteriora Decreti sequentis Ten-
oris. Vi Decretum huiusmodi seu illius exem-
plum intimatum Procuratori Generali &c. in-
fra duos, citra montes, ultra verò montes insi-
quatuor menses ex tunc proximos, omnes &
singulos &c. perinde arctet & afficiat, ac si
commonitio & affixio prædictæ executa essent,
vnicuique hoc ipsum Decretum exhibitum ac
præsen-

præsentaliter intimatum fore. Tertium exemplum habemus in Bulla Cœnæ Domini præ omnibus alijs celebri, quæ cum ad strictiorem & iugem obseruantiam quot annis solennissimè promulgetur, quâ plurimum casuū & censurarum absolutio reseruatur. S. Pontifici, sublatis omnibus & singulis priuilegiis etiam eâ facultate (ut vult Lezan, V. Bulla Cœnæ. n. 55.) quâ per Tridentinum licebat Episcopis absoluere suos subditos in foro conscientiæ, in casibus occulatis Sedi Apostolicæ reseruatis. Idem Lezan cit. & to. 1. e. 8. & in add. ad eundem locum in fine illius tom. cum aliis afferit nullatenus posse etiam Prælatos Regulares absoluere suos subditos à casibus Bullæ Cœnæ Domini, & appositam sententiam eti plurimum DD. sit, esse parùm tutam aut securam in praxi præsertim propter declarationem S. Congregationis Anno 1628. stylum & præx in Curia Romanæ, quam ob rem etiam plures secuti Collectorem Priuil. Mend. V. Absolutio Ord. quoad ff. §. 13. consulunt, ut quolibet anno Procurator Ordinis seu Commissarius Curia transactâ die Iouis, post promulgationem censurarum obtinet at facultatē absoluendi ab illis casibus &c. S. tamen Cong. sanctæ & vniuersalis Inquisitionis non adynum tantum sed ad plu-

res annos solet nostræ Helueticæ Pronincie concedere facultatem absoluendi à casibus primi capitis, quæ concessio non parum specta redditur, si strictè derogationi illi nec non declarationi prædictæ Urbani⁸ insistere quis velit. Nunquid enim aliud Index nunciat, aliud præco clamat? simul valere potest eadem facultas, & non valere? si ad septennium salua persistit, nullà interueiente ratificatione, quomodo quotannis reuocatur? aut quomodo clausulæ illæ derogatoriaz tam exactè suum vigorēm retinent? necesse prorsus est admittere moderamen aliquod, quo non tam ipsius Papæ, & S. Congregationis dicta, quam eiusdem met Pontificis, de cuius mente & ore sacrum illud officium pronunciat, conciliemus, quandoquidem à Iure contrarie tatem omnem abesse oportet l. tanta, §. Cō-

XXXVIII. trarium. c. de vet. Iur. Encl.

Quomodo Vt igitur nodum istum dissoluamus, si **clausularū** mulque in his & similibus casibus clausula **Iuris** **varietatis** salvetur & **adseretur** **Cordemus** **dissonantia** **concordētur.** rum Iutis varietatem saluemus, & Iura. cō cordemus dissonantia, aduerto decem modos in hunc finem enumerari à Morl. in Emporio Iuris l. de legibus. q. 12. à n. 10. vsque ad n. 34. vt refert Barbos. in collect. & proem. Decretal. n. 46. vbi etiam ad c. Sciendum d. 30. Canones inter se pugnantes docet ex

Coua.

causa, in c. Alma Mater, p. 2. n. 1. quatuor
 uenientia modis posse reduci ad concordiam, nem-
 non propter ratione causa, personæ, loci & temporis,
 derogat quod hac ratione mutentur. Dum ergo S.
 dicitur V. Congregatio Cōstitutionis Urbani 8. vsum
 quidem illicubi permittit liberum, vel à casibus Bul-
 laria clavis & Cœnæ absoluendi facultatem concedit,
 facultas, pro foro conscientiæ tantum ad salutem
 salua animarum, ac hæresum & errorū confuta-
 tionē, personis Religiosis, sat longè Româ
 quomodo dissit, & in medio Hæreticorum existen-
 tibus &c. Consideret, queso, Lector, num
 forsus efforte dici queat clausulas illas derogatorias
 intelligi ac restringi ad forum externum, vel
 partes Italæ Catholicas, Romæque vicinias &c.
 quandoquidem ut Panorm. innuit
 in c. In nostra. de Sepult. & expressius dicit
 Gloss. in c. Tum ex litteris de in. Integ. Refit.
 multa propter distantiam permittuntur,
 quæ alijs prohibentur. Vnde Versus; non
 facit ergo parum distantia longa viarum &c. &
 ex Bullis Pontificijs colligi potest. In qui-
 bus multa pro temoris regionibus conce-
 duntur, quæ pro alijs locis minimè permit-
 tuntur, quod etiam Lezan. non diffitetur cit.
 Bulla Canæn. 53. vbi cum dixisset opinione
 sua non reuocari priuilegia concessa aliqui-
 bus Regularibus absoluendi ab aliquibus
 casibus Bullæ Cœnæ Christianos existentes
 in

in partibus remotis infidelium, specialiter
enim casus, inquit, necessitas illorum Christiano-
rum & pietas Matri Ecclesiae id postulare vi-
detur. Etsi vero author ille loquatur de
Christianis inter Turcas commorantibus,
in nos tamen etiam proper similem cauſa
singularia Pontificiae pietatis (præter mor-
recitatum) minimè defunt testimonia in
dcurſu operis producenda præsertim v.
Miſſio in fine.

§. 10. Decreta Reuocatoria Priuilegiorū quomodo de- beant insinuari? vbi etiam de stylo Curiæ.

39. *Leges reuocatoriaæ Priuilegiorum, & In-
dulgentiarum quando vim obligandi
habeant.*
40. *Nulla derogatio prijudicat priuilegij PP.
Societ: IESV. concessis, si non fuerit
intimata, & dictis PP. insinuata.*
41. *Stylus Curiæ quid sit, & an habeat vim
legis.*
42. *Extravagans Ambitiose de rebus Ecclesiæ
non alienandis vbiique recepta non est.*

SVppono etiam Legem Ecclesiasticam

quam-

quamcumque ad hoc ut obliget, opus esse, ut promulgetur & acceptetur seu recipiatur. Secundum Gratian. §. Leges. c. In istis. d. 4. Leges instituuntur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus vienium approbantur. Et paulo post, unde illud Telephorus Papa (qui decreuit, ut generaliter Clerici à Quinquagesima à carnis & delicijs ieiunarent) quia moribus vienium approbatum non est, aliter agentes transgressionis reos non arguit. Qualis promulgatio & approbatio seu receptio requiratur ad Constitutiones Pontificias communes dictum est superiori §. num idem seruandum sit in Reuocatorijs Priuilegiorum, modò videndum est.

P. Eligius V. Lex. n. 4. Et si sententiam XXXIX.
 (qua dicit promulgationem Legis in Curia Romana factam sufficere) iam per consuetudinem vsu receptam & amplectendam asselerat, communiter tamen, ait paulo post, ab omnibus receptum & approbatum est, ut Leges Reuocatoria & Priuilegiorum & Indulgentiarum vim obligandi non habeant, quo usque promulgata sint, non solum in Prouincia, sed etiam in beant.

Ciuitate ac Parochia. Ita Ille, ex Clave Regia, Valetin, Soto, & N. Caspens. de Legib. d. 1, sec. 4. n. 60. & 61. Reuocationem priuilegij non operari suum effectum nisi per litteras aut per Nuncium ad hoc destinatum perueniat

niat ad notitiam Priuilegiarij; consequenter ad reuocationem priuilegij non sufficere, vt Priuilegiarius alio modo cognoscat reuocationem, nisi forte reuocans velit quamcunque reuocationis notitiam sufficere, tenet alijs insuper allegatis Bonac. de Priuil. d. 1. q. 3. p. 8. §. 3. n. 20. Tractata haec sunt secundum occasiones tum generatim tum specialius varijs in locis huius Summulae, vt V. Absolutio quoad Sæcul. n. 42. V. Benedicere n. 59. V. Priuilegium. &c. Maiorem difficultatem habet sequens Gregorij, concessio, ex cuius elucidatione corroborabitur à potiori præcedens sententia.

XL. Concessit Gregorius 13. Religiosis Societate IESV, vt nulla derogatio sub qualibet ampliissima forma priuilegij dicta Soc: concessis, si non fuerit intimata & dictis Patribus insinuata. ob hoc Priuilegium Diana p. 3. tr. 2. f. 68. secutus Fel. Cherub. in comp. Bull. to. 2. Constit. 2. Greg. 13. & M. Antonium de Amatis. dec. 17 qui etiam refert ib. sic decisum fuisse à Rota Provinciæ Marchiæ, negat Priuilegium reuocatum censi. eâ formâ non seruatâ. Idem tamen Diana p. 3. to. 10. Réf. 29. non obstante quod in confirmationem dictorum produxisset P. Amicum, mutans animum: *loct ego, inquit, pro Societate & pro*

mea Religionē ex parte hanc sententiam docue-
rim, modō tamen illam, cum omnibus à P. Ami-
tūo assertis, viris doctis maturandam relinquo;
nam stylus Curia videtur in contrarium &c.
Multis Bullis Pontificijs appareat derogari priu-
egia Societatis sufficienter, quando de ipsis ex-
pressa mentio sit, & in Bullis etiam supradictis
in fine apponitur clausula, ac si eis personaliter
suisset intimata. Hæc ille. Ob eundem Cu-
riæ stylum plurima & privilegia & alioqui-
loctissimorum virorum asserta, quin etiam
propria, quæ prius alibi existens docuerat,
recantans atque reiiciens, in quo vulgare
dictum à Gloss. relatū in c. Illa, Dist. 12.
obseruare ipso facto demonstrat.

Si fueris Romæ Romano vivito more,
Si fueris alibi, vivito sicut ibi.

Anigit idem stylus & praxis Romanæ
Curia orbem nostrum pariter afficiat, offi-
ciātue dictis Priuilegijs, idcirco videndum.
Ut verò prætermittam varias styli acceptio-
nes, qua tradit Soar. de legib. l. 7. c. 15. hoc
loco dicit practicam seu ysum Iudiciorum, Cu-
ria, Cancellaria, & similiū, qui sub consue-
tudine, tanquam species sub genere com-
prehendit, & cum ex iteratis actibus gig-
natur, valeatque inducere Ius, vt docent
omnes Iurisperiti in c. Ex litteris de Constit.
& in c. Quam graui, idè definitur ab Azo-
tie

XLI.

Stylus

Curia

gusd sic

& an ha-

beat vimb

legis.

riop. I. l. 5. q. II. Ius non scriptum ex actibus
 Iudiciorū introductum, quod tamen intellige
 cum Dec. in Rub. de Constit. n. 35. Quan-
 do stylus est habentis potestatem condendi
 legem, qualis est magistratus summæ Pote-
 statis. Salicet. in l. 2. c. Qua sit longa consuetu-
 do n. 23. Si enim Iudex proferens sententi-
 am, non sit supremus Princeps, & ita non
 habeat potestatem condendi legem, eius
 sententia etiam iterata, vel etiam à Iudi-
 cib[us] diuersis eiusdem Ordinis repetita, non
 facit Ius propter solum numerum aequum,
 vt dicit Soar. l. de legib. c. II. n. 14; Arg. I.
 Nam Imperator. ff. de legib. ibi. aut rerum per-
 petuō iudicatarum. Sicut autem lex & con-
 suetudo, alia est vniuersalis, alia parti-
 cularis, vt post Nau. in 3. P. Sum.
 Gloss. de Poenit. d. 5. n. 32. notat Barbos. in
 Ecclesiasticorū. d. II. & sententia vna, quam alia,
 maioris authoritatis, & si sit Senatūs publi-
 ci, aut Regij multo maioris quam Iudicis
 alicuius priuati, ita, & stylus, cuius authori-
 tas etiam & Ius augetur per iteratas senten-
 tias conformes, nunquam tamen habet le-
 gis authoritatem, sed solum grauis Doctoris
 vel etiam plurium Doctorum, nisi, vt di-
 citum, sit à supremo Iudice, vt docet Soar.
 cit. & Salas de legib. disp. 19. n. 109. cum Vaf.
 disp. 177. secundum quos proinde non vide-

vni
 obit,
 vel Ca
 imo in
 Regul.
 Flam.
 non es
 quid e
 auditi
 sequim
 rati b
 Cen
 in pro
 terus
 ipse e
 reli.
 (c
 certu
 is prop
 eram
 illuc
 illuc
 nullum
 ueniam
 Ballo
 11. de
 de Ma
 rimi
 Regul.
 Cen

tur, quod stylus defacto faciat Ius. neque
obstat, quod quæcunque fiunt in Camera
vel Cancellaria dicantur fieri in Cōsistorio,
imò in conspectu Papæ, ut ait Cochier. in
Regul. Cancell. Reg. 43. n. 66. V. Quo stylo. cum
Flam. & Gomes. vt enim dicit Vasquez cie.
non censeretur dare Princeps vim legis, eo ipso
quod illud videt & tolerat, permitte enim ve
sudicando & procedendo suū probabile iudicium
sequatur sed nō vult illi stylo dare legis authori
tatem &c. quam ob rem etiam P. Eligius V.
Censura. n. 4. stylum Curie, ait, qui fundatur
in probabilitate contraria sententia, non prop
zereat tollit probabilitatem alterius, & fatetur
ipse Diana in Summ. V. Absolutio ab Hæ
resi.

Quod si velis stylum illum omnino fa
cere Ius, vt contendit Cochier cit, cum ali
is, propter e. Ex litteris. de Rescript. &c.
quam graui cit, dici potest facere Ius pecu
liare tantum, non vniuersale. Vnde etiam
nullam imponit necessitatem illius obser
uantiae extra Curiam Romanam, vt cum
Baldo tradit Rebuff. 10. 3. Constitut. Regiar.
de confuet. art. 3. gl. 13. n. 57. apud Sanch.
de Matr. l. 8. disp. 21. n. 16. alijque quamplu
rimi relati à Sanctarell. tom. 1. variar.
Resol. q. 50. n. 17. & 18. afferentes stylum
Curie non esse sequendum in partibus, nisi

Sit firmatus speciali decisione Papæ & audi-
torum, imd etiam scriptus & in aperto
probatus sit necdum tamen imponere ne-
cessitatē vt in alijs tribunalibus & Curijs ser-
uetur, ex quo etiam distinctionem stylus yr-
bis & orbis obtinuit, qui non paucas consue-
tudines præter vel etiam contra consuetu-
dinem, stylum & vsum vrbis, Ipſumque co-
mune ius tenet, cuius exemplum in Azorio

p. 1. l. 4. c. 18. q. 10.

habemus duplex. 1. est in

Coſtit. Pauli 2. Ambitiosa. inter communis-

de. rebus Ecclesiasticis non alien. quæ vbiq;

recepta non eſt, alicubi recepta quidem,

ſed ex aliqua parte duntaxat. Vidi ego duo

inſigniū Theologorū consilia, defenden-

tium eam in partibus nostris receptam non

eſte, adeo vt vnuſ eorum ſcriperit hæc for-

malia. Extrau. Ambitioſæ in his partibus (au-

daſter afferere auſim) nec quoad pānam intrin-

ſecam, id eſt, irritationem, nec extrinſecam, il-

eſt, censuras &c. non denique quoad obligatio-

nem consulendi SS. Pontificem, in ſuo ſaltē ri-

gore, vſu receptam &c. 2. In alia Con-

ſtit. Pontificia, quæ incipit: Periculosa. deſta-

gu Regul. in 6. vbi præcipitur, vt Sacræ Deo

famīlæ clauſuram feruent; quæ Constitu-

tio, quia non erat vſu recepta, renouata eſt

in Conc. Trid. ſiſ. 25. c. 5. & à Pio 5. in alia

Constitutione edita, cuius initium eſt: Curia

Papſt.

XLII.

Extrava-
gans Am-
bitioſa de
rebus Ec-
clieſi: non
alienan-
dis vbiq;
recepta vñ
eſt.

Papal.
& in
impose-
us & Con-
onem h[ab]i-
paucas o-
ntra con-
sp[ec]tus i-
pli[ca]tio-
olam tol-
plex. i-
nter in-
en, qui-
cepta g-
e. Vide
ita, de-
s recepu-
ipserintia
is perbi-
ad pauci-
ad extro-
quod in
in foro
In ali-
pericul-
r, ut San-
qua Ca-
ta, tenor
à Pro-
cium et
Pastoralis. & à Greg. 13. in ea, quæ incipit;
Deo sacris &c. & tamen multis in locis San-
ctimoniales clausuram non seruant, p[re]-
textentes eiusmodi Constitutiones non esse
more & vnu receptas, prout de Germania
nostra præter notoriā praxin obseruat Lay-
man tr. s. l. 4. c. 12. idem etiam referens de
alia Cōstit: prohibēte ingressū in Monaste-
ria Montaliū, eam nō vbique secundū om-
nem prohibitionis modum receptam esse,
cum adhuc in Germania sint Monasteria ta-
lia, in quibus tam viri quam mulieres in-
gredi solent domos seu habitationes pro-
prias ipsarum Monialium.

Similiter ergo nihil obesse Privilegijs vi-
detur esse Stylos Romanus, dum cetero-
qui pro suo valore tanta probabilitatis ar-
gumenta habent, saltem pro foro consciencie,
cū Stylos Curiae Romanæ potissimum
sit pro foro exteriore. Henricq. l. 12. c. 2. n. 4.
& litt. S. Et c. 3. n. 9. in quo multa repro-
bantur de stylo, quæ in foro interno tenent,
& ibi exemplificatur, & apud alios passim.
Ita Bonac. de Legib. d. 1. q. 2. p. 5. n. 18. dicit
in dispensatione exprimendum esse gradum
propinquorem, etiamsi non sit primus non
ad necessitatem, sic enim aduersaretur dis-
positioni Pij. sed ad excitanda dubia. Sic
idem Bonac. cit. n. 21. de stylo Curiae docet

Eg

elle

esse exprimendum, si quis voulit perseuerantiam in Religione, alias fore dispensationem subreptitiam, quam tamē assertunt validam plures DD. apud Dianam. p. 8. tr. 3. Ref. 13. Accedit denique, quod sicut prim*is* p*ro*p*ri*a*m* i*n*sp*ec*i*ta*nd*a* est consuetudo Patri*s*familias, quam consuetudo Regionis. l. si seru*s* plurium. §. fin. Euerard. *in loco*; ab *v*isitato. n. 16. ita consuetudini & Practic*e* Curi*e* pr*ae*ferenda est consuetudo Pap*e*, multa concedere soliti loco disiunctioribus quam finitimi*s*, quibus facilior ad S. Sedem aditus patet, ut supra iam tactum est.

Speciales Priuilegiorum Regularium reuocationis du*æ* sunt pr*æ*cipu*s*, quas virgo Piascius in pr*axi* Episc. p. 2. 6. 3. 4. 6. inde plures particularium priuilegiorum abolitiones seu restrictiones deducens, cui consentit, non sine auctario, Barbos. de potest. Episc. p. 3. alleg. 105. Vna est Leonis 10. 1. approbante Concilio. Anno 1516. 19. Dec. Altera Gregorij 13. In tanta rerum. Anno 1572. Cal. Mart. de prima probat Peyr. in Constit. 4. Iulij 2. n. 9. & 13. Eund. Leonem 10. postmodum reualidasse & in pristinum statum restituisse omnia Mendicantium Priuilegia, etiam pro fato externo, per quandam Constitutionem concessam Pr*æ*dicatoribus, cum derogatione omni*s* con-

ditione
F. M.
malle
stanti
1581.
sed cl
teran.
Confli
Pey.
quidi
Apol
viam
M.
13. P
Anno
fe
nail
roch
loc
confi
uir.
regul
super
item
dicta
& C
nein
non
fatu

tratorium. Similiter & Sextum q. innouasse
 FF. Minoribus & ex certa Scientia confir-
 masse priuilegia cum fortissimis non ob-
 stantiis in Bulla. Etsi Mendicantium. Anno
 1587. 3. Octobr. apud Rodtq. in Bullar.
 sed clarius & expressius dicto Concil. La-
 teran. derogatum est per Paulum 3. in eius
Constit. 1. & per Greg. 13. *Constit. 1.* apud
 Peyr. his verbis: Non obstantibus premissis à
 quibusuis Constitutionibus & Ordinationibus
 Apostolicis etiam Generalis Concilij Lateran.
 ultimo celebrati &c.

Maior difficultas est circa Bullam Greg.
 13. propter aliam Pij 5. Etsi Mendicantium.
 Anno 1567. 17. Cal. Iun. quā cum iste Ponti-
 fex post enumerata quadraginta grauami-
 na illata Mendicantibus ab Episcopis & Pa-
 rochis à quibusdam eos liberasset, multa
 loca Concilij Trid. declarando, postremo
 cuncta Mendicantium priuilegia confirmata-
 uit. Hanc Bullam cum alijs concernentibus
 regularium Priuilegia fuisse reuocatam per
 supradictam Constit. Gregorij 13. & redu-
 ctam esse ad terminos Priuilegiorum, antē
 dictam Bullam, Regularibus concessorum
 & Concilij Trid. Decreta, communiter te-
 neri testatur Peyr. in *Constit. Pij 5.* quo tamen
 non attento probat illam Greg. 13. neque
 sufficienter promulgatam, nec in praxi re-
 ceptam

ceptam esse. Dato autem promulgata fuerit,
per illam reuocata tantum esse, quæ Pius 5.
Regularibus concesserat contra Conc. Trid.
& ad minus reuocatas non esse Declaratio-
nes Concilij factas à Pio 5. in illa sua Con-
stit. Quas & Paulus 5. ex certa scientia ap-
probauit, & confirmauit Urbanus 8. per
Constit. 21. Dilectis filijs. 10. 4. Bullar. §. 1.
Constantem valorem Pianæ Constit. acerri-
mè propugnat Chassain. de Priuil. Reg. p. 1.
11. 1. c. 6. prop. 6. authoritate præsertim
eiusdem Greg. 13. qui per Bullam: *Ex beni-
gna: Anno 1573. 25. Maij.* Illam suam priorem
idemmet reuocauerit, confirmando ampli-
simâ confirmatione Priuilegia Minorum
cum clausula derogatoria suæ antedictæ
Constit. Verum quia clausulam apponit
expressam quatenus sint in vsu, & SS. Canonis-
bus & Decretis S. Conc. Trid. non adverseren-
tur &c. (qui confirmandi modus post Trid.
est ordinarius) non video, quid ad rem fa-
ciat, quare in hanc quæstionem tota res de-
mum dilabitur, quæ & quantum priuilegia
Regularium, per Conc. Trid. annullata
vel moderata sint, de quo cum generatim
agatur *V. Priuilegium. n. 417.* singulatim
vero singulis titulis, non est quodd hic vte-
rius addam.

§. II. Quam habeant facultatem Prælati Regulares circa Constitutiones aliaq; Rescripta Pontificia?

43. Prælati immediati in rebus dubijs possunt interpretari SS. Canones, & priuilegia.
44. Consuetudo optima legum est interpres etiam diuinarum.
45. In consuetudine introducenda non requiritur principium rationabile.
46. Consuetudo quando censeatur legitimè præscripta.
47. Dubia orta in Religione nostra maxima maturitate resoluuntur.
48. Statuta noua dubia recipiunt interpretationem à statutis antiquis, & à consuetudine antiqua in eadem materia.

Quod initio dixi, Scopum huius Isago-
ges potissimum esse, ostendere vim &
valorem Apostolicarum Constitutionum,
quæ huius Tractatus fundamenta sunt, &
principia præcipua; per ea quæ consequen-
ter deducta sunt, liquet tandem Constitu-
tiones omnes, & qualiacunque rescripta
Pontificia à D. Papa, seu immediate, seu
mediate per SS. as Emm. DD. Card. Con-

XLIII.
Prælati
immedi-
ati in re-
bus dubijs
possunt
interpre-
tari SS.
Canones,
& Priu-
ilegia,

E5

gre.

gregationes emanantia, authoritatem habere indubitam, & obseruantiam inducere per se loquendo, planè necessariam, ut tamen de facto, & in actu secundo, vt dici solet, obligent, quia quamplurimum pendet à promulgatione, acceptatione, vsu &c. cum etiam propter frequentes immutaciones, restrictiones, abolitiones &c. incertam sàpè sàpius habere obligationem, ad eòque difficultem huius esse notitiam. Ex quo sicut qui suæ salutis curam habent & sollicitudinem maiorem, frequentibus agitantur scrupulis, ita ex alia parte non defunt, qui liberiorem proprij arbitrii semitam ingedétes, minoris ducunt præscriptas à supremo animarum pastore, rectè viuendi leges ac regulas, in grande salutis præjudicium. Duplici huic malo vt mederetur pia Mater Ecclesia, prudenti immediatorum pastorum iudicio commissum est, quod in rebus dubiis (dico dubijs,) nam si res clara est, non est necessaria Prælati declaratio, sicut secundum Ius, in claris non est opus conieaturis, vnde subditus obligatur ad faciendum id, quod per regulam sibi clara præcipitur, non obstante declaratione ipsius Prælati, in hoc enim non tenetur illi obediare, nisi ipse Prælatus præcipiat aliquid dispensando iustè & iuridicè in præcepto Re-

gula

gulis aut Canonis, contra quod præcipit aliquid faciendum (prout prudenter tradit Rodriq. 10. 1. q. 11. a. 5.) possint interpretari SS. Canones & Priuilegia, & quod Fratres securè possint stare declarationibus per eosdem faciendis. De quo fusè Rodriq. totà illà quæstione cit. breuiter in ista Summula V. Capitulum. n. 64. V. Priuilegium.

n. 414.

Habent insuper dicti Prælati gratias & facultates insignes dispensandi, quas per singulos ferè titulos (generatim de Dispensatione quid sit? & quo vsque sese extendet? titulo singulari de dispensatione) cum suis declarationib. ad maiorem firmitatem & certitudinem, fide optimâ, produco. De priori, quo ut liquidius constet, prætermis- sis alijs generalibus, & remissis ad vulgares Doctorum passim obuiorum tractatus, spe- ciale, vnum & alterum, notatu dignum hoc loco referre satis habeo. Primum est circa Regulas interpretandi ss. Canones, Leges &c. Secundum, quâ maturitate Ordo noster in isto negocio procedere soleat.

Quod ergo primum attinet, cum tam Ca- nonista, quam Theologi in materia de Le- gibus, passim afferant quamplures, recte illas intelligendi ac interpretandi, Regulas, attendenda maximè venit consuetudo, quæ

XLIV.

Consuetu-
do optima
legum est
interpretare
etiam da-
minarū.

VI. 6.

vt c. Cum Dilectus. de consuet. dicitur, optima
est legum interpres; non solum humana,
verum etiam diuinæ, vt ex Nau. aduerit
Rodriq. cit. a. 7. siquidem tamen fuerit ra-
tionabilis & legitimè præscripta, c. Cum
zanto. de Consuet. Rationabilis est autem
omnis consuetudo, qua luci diuino aut na-
turali nō aduersatur, vt ex comuni Theo-
logorum sententia tradit noster P. Eligius

In consue-
tudine in-
troduc-
danō re-
quiritur
principiū
ra-
sona-
bile.

ut propterea in
introducenda consuetudine negat requiri,
vt concurrat principium rationabile, quod
quamuis sit irrationalis & actus primi con-
suetudinem introducentes iniqui, consue-
do tamen legitimè per illos actus præscrip-
ta, possit esse honesta, ac vim legis nouæ sta-
tuendæ & antiquæ abrogandæ habere. Ac
proinde to. 1. V. Lex. 2. n. 9. licet primi, at
qui consuetudinem contra legem inducunt, de-
linquent, nisi ex aliquo accidente excusentur,
successores tamen non peccare, sed bona fide po-
selegem negligere, sequendo primos, qui contra
legem fuerunt. Idem dicit Rodriq. cit. a. 8. &
quod legitima præscriptio consuetudinem
faciat rationabile; quia licet, inquit, à prin-
cipio fuerit iniusta & irrationalis, tamen su-
cessu temporis per aliam corrigitur &c. Idem
enim verò communiter attribuitur legi
scriptæ seu consuetudini, quod possit abro-
gate

gate legem scriptam, tam quo ad culpam, quām pēnam, atque ita de factō multas leges, quāz olim ad culpam & pēnam obligabant, hodiē vel ad solam culpam, vel solam pēnam, vel neutrām quoque obligant.

Portò quando conleatur consuetudo legitimè præscripta? aiunt plerique ad abrogandam legem Canonicam requiri quadraginta annorum consuetudinem, alij putant hoc negōcium relinqui debere arbitrio prudētis & docti viri, qui perspectis omnibus circumstantijs iudicet, quando consuetudo tantum viguerit, vt meritò credatur adesse rationabilem & tacitum consensum principis, seu legislatoris nolentis vlerius obligare suam legē, pro quo remitto Lectorem ad Bass. cit. Lezā V. Lex, & alios passim obvios. Quod si consuetudo non sit contra legem, sed solum declaratiua legis, v. g. quando in aliqua quæstione sunt pro vtraque parte cōcedentes Iuris rationes æqualiter, tunc consuetudo vnam approbans dicitur esse Declaratiua, valebitque non tam ratione consuetudinis, quām virtute legis sic interpretata per consuetudinem, neque exigitur, quod hęc consuetudo declaratiua sit præcripta, cum non aduersetur legi, sed illam declaret, & sufficit eam declarationem aliquo

XLVI.

Consuetudo quando censemur legi timè præscripta.

quo tempore fuisse obseruata, prout teneat
post Metin. & alios. Rodriq. ubi supra.

XLVII. Quoad alteram Notationem; si dubia
*Dubia or-
ta in Re-
ligione no-
stra ma-
xima ma-
turitate
resoluun-
tur.* qualiacunque orientur, siue circa Ius com-
mune, siue priuatum Religionis, seu quae-
uis alia statum nostrum concernentia, eo-
rum resolutio peti comuni usu solet à Generali
Capitulo, in quo ad eum finē prater Gene-
rale Definitoriu, Supremū Ordinis Senatu, plures pro diuersitate materiarum institu-
untur Patrum, rerum ordinis peritorum, Congregationes, in quibus proposita dubia,
maturā collatione primū expenduntur
decidunturque decisa potrō referuntur ad
Generalem Definitionem, quæ demū ea
vel reijcit, vel approbat confirmatque, aut
si materiæ grauitas id requirat, sensum aut
sententiam finalem ab Em. mo. Religionis
Protectorē, seu potiū per hunc à S. Con-
gregatione, vel Ipso S. Pontifice postulat.
Quæ a ied conclusa sunt, in tres distingui-
tut Classes, alia quæ maximi ponderis sunt,
& expressum S. Sedis Imperium habent,
vel regulæ statutorumq; obseruantia prin-
cipalius attingunt, post iteratas in aliquibus
Capitulis deluper factas collationes, com-
munibus ordinis Constitutionibus inserun-
tur. Alia, quæ totum quidem pariter ordi-
nem, sed minus necessariò regulam, Con-

stitutio-

Institutiones afficiunt, toti quoque ordini seruanda proponuntur, sub forma ordinacionum Generalium, quæ licet ob constantem obseruantiam in succendentibus Capitulis renouari magisque confirmari soleant, multa tamen frequenter omittuntur, ne immensum cedat ordinationum cumulus. Promulgantur ambo per Generalem seu ordinis Procuratorem Prouincialibus, per Prouinciales Prælatis localibus, per hos deinde cuiusvis Conuentus Religiosis. Alia demum, quæ decisiones vocare licet ad distinctionem Statutorum & ordinationū, quia totam communitatē non æquè vel minus necessariò concernunt, palam non publicantur, nisi ijs, quos attingunt specialius, aut alijs postulantibus. Horum omnium quædam per modum Statuti vel de novo conduntur, vel magis roborantur, aut solùm declarantur, inducuntque obligatiōnem, si à S. Pontifice procedant, necessariā, iuxta dicta superius, vel minus strictam, prout de Statutis nostræ Congregationis V. Constitutio. n. 108. dicitur.

Cæterū quanquam ea, quæ declaratiua sunt tantummodi Legis Pontificis, Iudicialem & authenticam Interpretationem (hancenim SS. Pontifices sibi reseruant. Rodriq. 10. 1. q. II. 4. 1. ac vniuersim loquendo,

do, interpretandi Ius est eius, cuius est & Ius ferendi. 25. q. 1. *in fine*) non faciant, certum tamen est per magnam habere vim authoritatis ultra communem Doctorum; tum propter concursum plurium virorum ex officio res consultantium, tum vel maxime peculiarem idcirco illis datam facultatem, de qua paulo superius mentio facta est. similiter etiam aliorum, quae ab Ordinis Superioribus aliquando vel statuta sunt vel declarata, licet inter publicas ordinationes non semper memorentur, vel etiam non quam publicentur, non ideo tamen suam prorsus amittunt vim aut authoritatem, si-
c ut enim recedendum non est a labore antiquo nisi quatenus in novo præcipitur. *L. præcipi-
mus in fin. Cod. de Appell. & Gl. in e. Cupientes.*
*S. Quod si. V. Petere. de Elect. in 6, vel à lege noua expressè corrigitur sic & in Statutis Religionum, antiquiora seruanda sunt, ni-
si quantum ex parte vel toto per posteriora corrigitur aut immutantur. Portel. in dub.*

XLVIII. *Reg. V. Lex. in fine.* Accedit quod ubi verba statuti noui sunt dubia, recipient interpretationem potius à statutis antiquis & à con-
fuetudine antiqua in eadem materia, quam ab ipso iure communi. *P. Sigism. de Elect.*
d. 112. n. 11. Dixi ubi verba sunt dubia: vbi enim non sunt ambigua, sed clara, non est locu-

locus interpretationi, ut habet Gl, in e. Cum
Electus. ibid. relata. Denique cum antedi-
cta seruanda sint vniuersim in quibuslibet
Ordinationibus tam Generalibus quam
Prouincialibus, teneri absque dubio pos-
sunt ac debent in iis, quorum valor à Supe-
riorum voluntate ac dispositione depen-
det, cuius defectu quævis gesta vel acta in-
valida & consequenter illicita sunt, ut in
casu administrationis Sacramenti Pœnitent-
iæ, cum Ordinationes Generales faculta-
tē audiendi Cofessiones limitat pro certo
loco vel tempore, quæsecūs factæ invali-
dæ sunt & illicitæ ob solam Iurisdictionis
carentiam, nullo alio præcepti vel prohibi-
tionis interuentu, cum ē contra licerent &
valerent quomodocunque nobis Superio-
rum assensus & facultas seu viua voce, seu
per Ordinationes aut Decisiones minus so-
lennes innotescant. Exemplum huius sin-
gulare, præter alia sparsim recensita, habes
V. Absolutio quoad FF. n. 21. Quod Ordinis
nostræ Scriptores constanter allegant. Anno
1613. declaratum circa facultatem nostro-
rum Confessoriorum, quamuis ab eotem-
pore nulla fiat amplius mentio in Or-
dinationibus aliis.

F

INDEX

I N D E X.

1. **F**ratres Min. specialiter S. R. Ecclesie
sunt subjecti.

§. 1.

2. **C**onstitutio quid sit. 3. **Q**uotuplex, +
Constitutio Ecclesiastica.

§. 2.

5. **I**us Canonicum describitur. 6. **C**om-
ponitur ex Decretis Pontificum, vel Cōcilarum.

§. 3.

7. **C**orpus Iuris Canonici tribus tomis cō-
stat. 8. **M**ateria de qua in quolibet tomo tri-
butatur.

§. 4.

9. **C**onstitutiones circa Regulares edite
vbi contineantur.

§. 5.

10. **L**ittera Apostolica quid sint. 11. **L**it-
terae Apostolicae sunt aut Bulle, aut Brevia, aut
Rescripta.

§. 6.

12. **C**ongregationes D. D. Emm. Cardina-
lium cur varia instituta. 13. **C**ongregationes
in specie, quas Regulares noſte conuenit recen-
sentur. 14. **A**uditorum Rota dignitas & Au-
thoritas.

§. 7.

15. **D**ecreta Pontificum ſive mediante Con-
cilio Generali, ſive alias lata vīm obligandi ha-
bent.

Index.

bene. 16. Etiam extra Corpus Iuris contenta post legitimam publicationem. 17. Legem Pontificiam in sua Diocesi nec promulgatam nec vsu receptam non obseruans peccati damnandus non videtur. 18. An idem dicendum de Decretis Pontificum solos Regulares concernentibus. 19. Legem latam à S. Pontifice quando non licet rejecere. 20. Confessarij munus unde difficile reddatur. §. 8.

vel C. 21. Decreta à Papa emanata quacunque tiam extra Ius commune & concilia vagantia tribuum obligandi habent. 22. In foro externo que Decreta SS PP. præponderent alijs. 23. Declarationes Cardinalium an vim legis obtineant. §. 9.

Rigori 24. Priuilegium finitur vel amittitur septem nodis. 25. Renunciatione. 26. Lapsu temporis. 27. Vsu contrario. 28. Morte cui concessum, vel morte concedentis. 29. Cessatione causa finalis. 30. Abusu. 31. Priuilegia Regularia sol reuocatione seu Pontificis sententia extinguntur. 32. Reuocatio expressa, vel tacita. Generalis, vel specialis. 33. Priuilegia Regularibus concessa, an sine irreuocabilia, sive priuilegia à Principe concessa. 34. Priuilegium oncessum cum certis clausulis an per legem ontrariarum latam vim suam amittere. 35. Vim suam non amittere probatur exemplis. primo, 36. Secundo. 37. Tertio. 38. Quomodo

modo clausularum Iuris varietas saluetur, &
Iura dissonantia concordentur.

§. 10.

39. Leges reuocatoria Priuilegiorum, &
Indulgentiarum quando vim obligandi habeant.
40. Nulla derogatio praeiudicat priuslegis PP.
Societ: IESV concessis, si non fuerit intimata, &
dictis PP. insinuata. 41. Stylus Curia quid sit,
& an habeat vim legis. 42. Extravagans Ambi-
tiosæ de rebus Eccles: non alienandis ubique ne-
cepta non est.

§. 11.

43. Pralati immediati in rebus dubijs pos-
sunt interpretari SS. Canones, & priuilegia.
44. Consuetudo optima legum est interpre-
tatione diuinarum. 45. In consuetudine intru-
ducenda non requiritur principium rationabile.
46. Consuetudo quādo censeatur legitime pro-
scripta. 47. Dubia orta in Religione nostri
maxima maturitate resoluuntur. 48. Statuta
noua dubia recipiunt interpretationem à statu-
tis antiquis, & à consuetudine antiqua in u-
dem materia.

OMNIA AD MAIOREM DEI
GLORIAM.

INDEX TITVLORVM.

Absolutio gene-
raliter.

Absolutio quo-
ad Fratres.

Absolutio quo-
ad sacerdotes.

Altare.

Benedicere.

Capitulum.

Casus reserua-
tus.

Clausura.

Confessarius.

Constitutiones.

Custos.

Definitores.

Discretus.

Dispensatio.

Electio.

Eucharistia.

Exemptio.

Extrema Vnde-

Vide V. Eu-
charistia & V.
Missio.

Fabrica. Vide V.

Clausura.

Forum.

Guardianus.

Habitus.

Ieiunium.

Indulgentia.

Irregularitas.

A

Judec.

I N D E X.

Index.	Peccatum Ecclesiastica.
luramentum.	Prædicatores.
	Prælatus Regulare.
	Priuilegium.
	Professio Regulare.
	Monasterium.
	Prouincialis.
Nouitius.	Sacri Ordines.
	Sorores Tertiariae.
	Occultum.
	Officium diuinum.
	Ordines facri. V.
	SS. Ordines.
	Visitator Regulare.
	Votum.

OS(X)S*

ABSO